




# Vtilissima consultatio de bello Turcis inferendo, & obiter enarratus Psalmus XXVIII.

<https://hdl.handle.net/1874/425981>



# V<sup>T</sup>LIS-

SIMA CONSULTATIO DE  
bello Turcis inferendo, & obiter  
enarratus Psalmus XXVIII.  
per DES. ERASMVM RO  
TERODAMVM.

Opus recens & natum, & æditum.

COLONIAE ANNO  
M. D. XXX.

BES. ERASMVS ROTERODAMVS  
Ornatiss. viro D. Ioanni Rincko iuris  
prudentia celebri S. D.



Voniam cum tuis literis Ornatiss. uir  
nec eruditione, nec elegantia, nec hu-  
manitate mihi uidebar unquam pa-  
ria facturus, huc induxi animum, ut  
quanto cæteris omnibus eram inferi-  
or, tāto uerborum copia uel turba potius supera-  
rem. Cuiusmodi telam ordiantur monarchæ uide-  
mus omnes. De colligēdis belli neruis solliciti sunt  
permulti, de ducibus & machinis nonnulli, de mu-  
tāda in melius uita, quod est totius negotiū caput,  
& ad uitiosos ex æquo perfinet, uix quenq; ui-  
deo cogitare. Nec satis admirari possum, unde tā-  
tus stupor Christianorū animos occuparit. Quam  
tot plagiis diuinitus admoneamur, ut & pauciori-  
bus sint afflīcti Aegyptij, & mitiores sint quæ re-  
feruntur in Apocalypsi Ioannis, tamē plus quam  
Phryges, domini toties ad meliorem frugem pro-  
uocatis seueritate nihilo reddimur meliores, imo  
potius tāquam deplorata mancipia collecto ad-  
uersus uerbera callo, benignitate numinis abuti-  
mur ad peccandi peruicaciam, & aduersus miseri-  
cordiam temporarijs malis nos inuitandis ad ui-  
tae correctionem præfractiores euadimus. Bellis,  
latrocinijs, civilibus tumultibus, factionibus, expi-  
lationibus, pestilētijs, penuria, fami, in tantū affue-  
uimus, ut iam pro malis non habeātur. Fecit deus  
quod solent medici fideles, nouauit remedia, im-  
misit inauditū & immedicable lepræ genus, quæ  
nescio

## DE BELLO TURCICO.

nescio quare uulgs appelleat scabiem Gallicam,  
quum sit omnium gentiū cōmunis, percussit hoīm  
genus ulcere uere pessimo. Tam horribile malum  
adeo non docuit nos castimoniam ac sobrietatem  
ut plane uerterimus in iocū. Nam eō res deuenisse  
se uidetur, ut inter aulicos bellos ac festiuos quē  
admodum sibi uidentur homines, ignobilis ac ru-  
sticanus habeatur, qui sit ab hoc immunis malo.  
Quid hoc aliud est, q̄ domino nos castiganti oppe-  
dere, mediumq; quod dici solet, digitum ostende-  
re? Successit dogmatum irreconciliabile dissidiū,  
nec id sanē simplex, cui citra cōtrouersiā ansam ex  
parte nō minima præbuerūt corrupti mores eōne  
quoq; sale cōdiri debuerat populi stultitia. Nec q̄  
traducuntur de corrigenda uita cogitant, nec qui  
traducunt melioris uitæ specimen exhibent. Ac  
minimum abest, quin hoc quoque tam atrox rei  
Christianæ malum in fabulam Iudumq; uerteri-  
mus. Quid est minarum quas Leuitici uigesimo se-  
xto & Deuteronomij uigesimo octauo ob uiolata  
ipsius præcepta dominus intentat, quod in nos nō  
inciderit. Tot iam annis quid non bellorum uidi-  
mus? Quæ caret ora crurore nostro? Quoties sensi-  
mus Turcum gladium, ultorem uiolati fœderis  
quod cum deo pepigimus? Quod pestilentiarū ge-  
nus non sumus experti, nō minus in agris q̄ in ur-  
bibus: ut fugere nihil aliud esset, quam mutare pe-  
riculo periculum? Baculum panis quoties sensim  
confractum? Quām multi sunt ubique qui come-  
dunt panes ad pondus nec saturantur? Nuper  
in Italia regionum feracissima, quām multi fa-

## C O N S U L T A T I O

fame perierūt? Fortasse nullus adhuc comedit carnes filiorum ac filiarum suarum, sed tamen quid aliud quam mutuo laniatu uiuimus omnes? Magnates expilant, rusticus quadruplo uendit sua, negotiatores in immensum intendunt precia, opifices quanti volunt locant operas. Vnusquisque dolis & artibus circumuenit proximum suum. Vidimus defolata templa magnifica, confracta simulacra, sacerdotes exactos. Nonne pridem immisit in nos bestias agri uastrantes omnia, quoniam rusticorum manus tanta licentia graffarentur? Nec illa male dictio deest nobis quam commemorat Deuteronomium, Ducuntur uxores & alius dormit cum illis. Iam illa noua non sunt, nos facere sementem unde colligat alius, nos plantare vincam unde nobibamus, recipere alienigenas qui nobis imperent. Nonne igitur deus ueluti frustra consumptis remedijs omnibus, loqui nobis uidetur per prophetam, Super quo percutiam uos ultra addentes prevaricationem? Non haec crudelitatis uox est, sed summae misericordiae, Quemadmodum medicus paternum affectum gerens erga ægrotum discribatur animo quum uidet artes suas morbi uiolentia superari: Charitas tamē quæ iuxta Paulum sperrat omnia, non finit, ut laborantem pro deplorato conclamatoque deserat, Dum anima, inquit est, spes est, excutit omnem ingenij uim, si quod insolitum, si quod efficax pharmacum possit excogitare: Ita clementissimus dominus & humanæ salutis audiissimus inauditis remedij nos solicitat ad uitæ castigationem. Immisit morbus medicis omnibus

Esa. 1.

ut

## DE BELLO TVRCICO.

ut incognitum ita immedicabilem, qui prodigio-  
so rotatu capitis ac brachiorum miserādis modis  
discruciat uiros, fœminas, puellas etiam forma  
& ætate florentes, adempta interim & mentis sa-  
nitate. Nec paucos arripuit diuersis in regionibus  
noua uel phrenesis, uel delirationis speties. Nihil  
haec tenus profectum est. Nuper nouum pestilētiæ  
genus immisit, letiferum sudorem, quod Britānis  
exortum incredibili celeritate per orbem lōge la-  
teq; diuagatum est, plurimorum exitio, summo  
terrore omnium, uel quia nouum, ut à medicis mi-  
nimū esset opis, uel quia paucis horis tollit quē  
arripuit, uel quia subinde repetit quem reliquit,  
uel quia pernici contagio latissime grassari solet.  
Agnoscas malum à clementi patre immissum, qd  
terrore sanaret potius, quam internectione perde-  
ret. Quid hoc aliud est quam uox domini claman-  
tis, agite pœnitentiam, instat regnum cœlorum?  
In psalmis dominus uelut affectus tedio loqui-  
tur. Quadraginta annis proximus fui generatio-  
ni huic, & dixi semper hi errant corde. Nos & an-  
norū numero, & plagarum atrocitate superamus  
Hebræos, utinam nō & duricia cordis semper ad  
deteriora uergentis, & cum arte studioq; medici  
pugnantis. Nec interim definit clamare uox pro-  
phetica, Hodie si uocē eius audieritis, nolite obdu-  
rare corda uestra. Huiusmodi calamitates quibus  
subinde tangimur, nihil aliud sunt, quam uoces do-  
mini ad se reuocantis. Quemadmodum enim do-  
minus pollicetur lēta seruantibus legem, ita non  
minitur mala, nisi legem aspernantibus. Quur

## C O N S U L T A T I O

¶ ut has calamitates immitrat, sequitur eodem in  
loco: ipsi uero rogabūt pro peccatis suis, eo quod  
abiecerint iudicia mea & leges meas despicerint.  
Nec enim penitus abieci eos, neque sic despexi, ut cō  
sumerentur & irritum facerem pactum meum  
cū aīs. Agnoscamus igitur hæc flagella uoces esse  
domini, cupientis sanare nos non perdere, quem-  
admodum docet Psal. 28. Vox domini super aquas  
hoc est populos, uarijs affectibus uarijsq; doctri-  
nis huc illucq; fluctuantes. Deus maiestatis into-  
nuit, dominus super aquas multas, uox domini in  
uirtute, uox domini in magnificētia, uox domi-  
ni confringentis cedros, uox domini interceden-  
tis flammam igneām, uox domini cōcūtientis de-  
sertum, uox domini præparantis ceroos. Felices  
sunt in quibus hæc omnia agit uox omnipotens  
domini, & agit nimirum in omnibus qui non ob-  
turant aures suas. Vtinam uox domini non into-  
neret in uirtute, quo terrore salubri commoueat a-  
nimos nostros ad pœnitentiam. Vtinam sit in ma-  
iestate, ut om̄is humana sublimitas semet illi sub-  
mittat ad perfectam obedientiam. Vtinam sit su-  
per aqueos animos nostros in quibus refrixit cha-  
ritas, qui dum ab unico illo bono decessimus, de-  
Psal. 21 fluximus sicut aqua, fluctuantes humanis affectis  
Ephe. 4 bus, circumacti quolibet uento doctrinæ. Vtinam  
uox domini colligat aquas in unum, & appareat  
nobis solida tellus fidei, quæ calfacta sole charita-  
tis pariat omne genus uirtutum. Vtinam uox dor-  
mini confringat in nobis cedros, nō quasi libet mor-  
do, sed & libani. Habet mundus cedros suas, sed  
purpua

## DE BELLO VVR CICO.

Purpureas, habet Ecclesia cedros suas, sed dealbas  
tas: Libanus enim Hebræis candorem sonat. Has  
interdum erigit in altum ambitio, ferocia, ac mū-  
danis quidem excelsæ uidentur, spargentes gra-  
tum hominibus clari nominis odorem, & immor-  
talitatem quandam meditantur, sed apud deum  
humi iacent odoris ingratii. Has cedros utinam  
confringat uox domini, prōque his erigat oliuas  
frugiferas, quæ lumen alant in domo dei. Eas ne-  
mo potest confringere, nisi uitulus ille saginatus,  
quem patri pronobis immolauit, solus omnium  
sine exceptione candidus, & filius rhinocerotis, id  
est Iudeicæ gentis, quæ spiritu vacua litteram le-  
gis uelut unicum cornu torserat in Christum.  
Qui si per fidem gignatur in nobis, filius erit bi-  
cornium, insignis ac dilectus, quandoquidem u-  
trunque cornu obuertemus non in ipsum, sed in  
affectus carnis. Utinā domini uox in nobis inter-  
cidat flammam ignis, qua tot iam annis undique  
conflagrat orbis Christianus, similitatum, odio-  
rum, ambitionis, & auaricie, quibus cupiditati-  
bus toti rapimur in ea quæ sunt huius mundi. In-  
cendium inualuit, occupauit uniuersum morta-  
lium genus, regnat flamma uictrix. Sola domini  
uox potest eam diuidere, sic ut præcipua pars ar-  
doris feratur in deum, quod superest in proximis,  
iræ, libidini, ambitioni nihil tribuatur. Ita fiet,  
ut dominus cōcuriat desertum nostrum incultum,  
horridū, noxijsq; animātibus refertū. Nā id purga-  
ri nō potest, nisi domini uoce concussum. Habeant

AA. iii. uera

## C O N S U L T A T I O

uenatores cornua quibus feras è lustris excitant.  
Mala bestia est aper, sed peior est auaricia. Mala  
bestia est ursus, sed peior est luxuria. Mala bestia  
est leo, sed peior est crudelitas. Mala bestia est ui-  
pera, sed peior est inuidia. Quod si dominus sua  
uoce dignetur concutere omnes deserti nostri la-  
tebras per ueram pœnitentiam & confessionem,  
fiet ex sterili frugiferum, ex obscuro lucidum, ex  
inuio peruiū, proq; noxijs bestijs pariet nobis cer-  
uos alatis pedibus, qui sitiant, non ea quæ sunt hu-  
ius mundi, cumq; mundo præterfluunt, sed fontes  
a quarum salientium in uitam æternam. Tunc re-  
uelabūtur nobis obscura saltuum, ac discussis pra-  
uis cupiditatibus quæ militant aduersus spiritum,  
domino dicatum, in quo concordibus animis, ea-  
dem uoce, omnes instauratori suo dicēt gloriam.  
Hæc omnia quo minus fiant, in culpa est nō domi-  
nus, sed nos qui uelut aspides surdæ ad uocem do-  
mini sapienter incantantis obturamus aures, alte-  
ram admouentes terræ, alteram cauda obturan-  
tes. Quia terram amamus, non audimus cœlestia,  
quia scripturam ad carnis affectus detorquemus,  
et iāsi quid audimus, nobisipfis inutile reddimus.  
At, qui fieri poterit, ut nobis aperiatur aures? Nā  
& hoc dei munus est. Sacrificio placandus est, ut  
aures audiendi nobis adaptet, eoq; clamat, Adfer  
te domino filij dei, adferte domino filios arietum,  
adferte domino gloriam & honorem, adferte do-  
mino gloriam nomini eius, Adorate dominum in  
atrio sancto eius. Filij dei professioe quidem sunt  
omnes.

## DE BELLO TVRCICO.

Omnes per mysticū renati lauacrum, tametsi uox  
haec peculiariter apellat eos qui in apostolorum  
uicem successerunt, hos alloquitur propheta. Si ue  
re filij dei estis, adferte quod sitit, quod amat, ob  
quod assidue clamat dominus. Quid adferemus?  
filios arietū. Sitis ipsi ariētes & idonei gregis do  
minici duces, imitantes principem pastorum Ie  
sum, uidelicet insignem illum ariētem, quē Abra  
ham uidit hærentem in uepribus: ille semet immo  
lauit patri, immolate & uos domino membra ue  
stra, quæ sunt super terram, ut uestra doctrina  
pijsq; moribus offeratis agnos spiritu masculos,  
& arietum filios: afferatis autem nō uobis, sed do  
mino, cuius est grex. Pharisei obambulabant per  
mare & aridam, ut adducerēt proselytos. Verum  
eos non offerebant domino sed sibi. Ita dilatanda  
est ditio Christiana, ut offeramus non canes aut  
sues, sed filios arietum, eosq; non in nostram glo  
riam aut emolumētum uertamus, sed ut ministri  
fideles offeramus domino. Alioqui clamabit: Mu  
tiplicasti gentem, sed non magnificasti lētitiam.  
Huic igitur terq; quaterq; adferte filij dei, filios  
ariētum, non quārentes quæ uestra sunt, sed quæ  
Iesu Christi. Nodum attigit psalmus, unde propē  
modum omnis populi pernicies oritur. Nec ea uox  
tantum pertinet ad primarios ecclesiæ ministros  
uerum etiam ad principes mundanos. Talis enim  
serè populus est, quales sunt principes: quanquam  
interdum & ob populi merita, dominus patitur  
regnare hypocritam. Quandoquidem nullus hy  
pocrita perniciosior ecclesiæ, quam qui pastorem

Iob. 34

AA v professus

## C O N S U L T A T I O

Professus agit lupum, aut regem professus agit tyrannum. Omnis quidem hypocrisis inuisa est Christo ueritati, sed hac ut nulla nocentior, ita nulla deo inuisior. Ergo uos filij dei, fauete gloriae dei, ac uestrum esse ducite, quicquid illius est. Si quid per uos agit dominus, ne ueritatis in uestram superbiā aut quæstum, sed adferte domino gloriam & honorem. Nō hoc satis est, adferte gloriam nominis eius. Amat hostias, sed in illis uult honorari suum nomen, quod impijs Christianorum moribus dehonestatur, & conuicijs afficitur inter gentes. Adorate dominum, non opes, non imperium, non huius mundi pompas, sed dominum. Quicquid nobis deo charius est, hoc adoramus pro deo. Vbi? Non solum in tēplis manu factis, quæ patent & pijs & impijs, sed in atrio sancto ipsius, hoc est in pura sanctaçō conscientia. Nā hi demū ueri sunt adoratores, qui in spiritu adorant dominū. Multi sunt ubique, qui lignum crucis adorant osculo, qui ad Christi imaginem procidunt, qui ad eucharistiam prouoluuntur, qui ad nomen Iesu flectunt genua, sed non ita multi sunt, qui adorant illum in atrio ipsius per spiritum sanctum ædificato. Id si fecerint monarchæ, si pontifices, si cæteri primates Reipublicæ dominus abunde effundet in populum gratiam suam, hoc est enim quod dicit sermo propheticus: Dominus diluuium inhabitare facit, & ipse semper nobiscum manens, sedebit rex in æternum. Beati quibus imperat ille rex, nec enim suos deserit in æternum. Hoc protectore nō est.

## DE BELLO TURCICO.

est quod metuat populus, licet imbellis ac pusil-  
lus. Dominus ipse, uirtutem dabit populo suo: &  
si maledicat illi totus mundus, cædes ac bella mi-  
nitans, dominus tamen benedicet populo suo in  
pace, quam mundus nec dare potest, nec auferre,  
nisi sibi quis auferat. Ne igitur obsurdescamus ad  
toties uocantem dominum, qui nunc denuo uocat  
nos per Turcarum licet non insolitam truculen-  
tiam, & hoc inexcusabilior est nostra surditas,  
quod toties inclamati non expurgescimur. Gens  
barbara, obscuræ originis, quod cladibus afflixit  
populum Christianum, quid immanitatis in nos  
non exercevit? Quod ciuitates, quot insulas, quot  
prouincias ademit Christianæ ditioni? à quāta la-  
titudine in quātas angustias detrahit nřæ religio-  
nis imperium? Iamq; procemia rerum eò specta-  
re uidentur ut ni dextera dei protegat nos, breue  
quod reliquum est orbis Christiani uideatur occu-  
patura. Hæc si fortuito gererentur, tamen Chri-  
stiani pectoris esset unicilibet membro dolenti  
totum rei Christianæ corpus condolescere: nunc  
vero quū indubitatū, tam late patēs imperiū non  
illis uirtute partum, sed nobis nostrum ob me-  
rita nostra diminutum, non solum ingemiscen-  
dum est omnibus qui fauent Christiano nomi-  
ni, uerum etiam opitulandum est fraternarum  
nationum calamitatibus, quæ præterquam quod  
ob religionis contubernium omnibus nobis  
communes haberi debent, periculum est ne  
re uera fiant communes omnium. Tunc tua  
res agitur paries quum proximus ardet, i-  
mō

Psalmi  
finis.

## CONSULTATIO

imò tunc totius ciuitatis res agitur, quum quam  
cunq; domū attigit incendium. Opitulandum igi  
tur, sed bifariam, si uere studeamus malum depel  
lere. Parandum est quicquid ad tam difficile bel  
lum pertinet, sed prius illud parandum, sine quo  
nihil proficit apparatus ille. Frequenter arma mo  
ta sunt in Turcas, sed hactenus parum successit no  
bis, siue quoniam non abieciimus ea, quibus offens  
sus deus sic immittit Turcas in nos, quemadmodū  
olim Aegyptijs immisit ranas, cyniphes, & locu  
stas. Siue quia uictoriae spē in nostris uiribus col  
locauimus, siue quia non Christi negociū egimus,  
sed aduersus Turcas animo Turcico pugnauimus.  
Hortatur itaq; res ipsa, ut de utroq; apparatu nō  
nihil differamus, si prius nobis persuasum fuerit  
Turcas non sua pietate, nō sua uirtute, sed nostra  
socordia potissimum huc usq; creuisse. Primū cū  
Turcarum nomē adeo fuit ignobile, ut uix apud  
ullum ueterem reperiatur, nisi quod Plinius Lib.  
sexti Capite septimo inter Thussagetas & Arim  
phæos, qui ad Rhiphaeos pertinent montes, com  
memorat Turcas, qui tum incoluerint, usq; ad so  
Mela illos aliud quām nominat. Tanta erat illius  
nationis obscuritas, à qua profectos probabile est  
ambitiosæ crudelitatis pomeria protulerunt. No  
minat illos & Cyprianus in libro de duplice mar  
tyrio, ueluti iam tum Cesarei nominis deuotos ho  
stes. Sunt eruditii quidam, qui pro Tuscis, quos Pto  
lemaeus in Asiatica Sarmatia recesserat, existimant  
legendum.

## DE BELLO TVRCICO.

legendum Turcos siue Turcas. Quis enim scriptorum  
alius Tuscos posuit in Asia? Sed de nomine  
non erit interim controuersia: hoc genus hominū  
eius immanitate tot seculis affligitur & atteri-  
tur res Christiana, sicuti complures autumant à  
maris Caspij littoribus, in Persidem, Asiamq; mi-  
norem éruperunt, idq; ante annum ab hac ætate  
nostrâ septingentesimum, nullo certo duce, sed ua-  
gi palantesq; latrocinijs uerius quam bello pro-  
vincias de populabantur. His artibus exercitati,  
repperere conductorem Machumetum Sarrace-  
norum principem, dignum, ut aiunt, patella oper-  
culum. Sub huius auspicijs re semel atq; iterum fe-  
liciter gesta à stipendiaria seruitute ad imperium  
adisciunt animum, adortiq; Saracenos Machume-  
tum acie profligatum obtruncant. Hinc Turci  
regni primordia. Summa rē delata est ad T̄an  
golipicem Mucalerum, prius Turcarum ducem:  
is accersitā Turcarū aliorū manu, per nepotē Cu-  
cūmetium inuadit Arabiam, per alterum nepotē  
Asanum Mediae rēgiones impedit, aduersus Ro-  
manos conflicturum. Quum per neutrum nepotē  
res successisset, per Aleimum fratrem denuo Ro-  
manos inuasit, quæ res quum illi non prorsus infe-  
liciter euenisset, paulo post quæsita aduersus Ro-  
manos occasione, Trangēlipix Asiam omnem ad  
Euxinum usq; mare partim redigit in suam ditio-  
nē, partim de populatur. Sed rursum uirtute Gal-  
lorum res Turcicæ uehementer accisæ fuerūt, do-  
nec existeret Othomanus ab hoc Solymanno, qui  
hunc rērum potitus decimus iuxta quorundā sup-  
putationēm

## C O N S U L T A T I O

putationem, viri obscuro loco natus, ac parentibus rusticis, sed ad latrocinia factus. Is per occasionem seditionum arripuit arma Turcica, nihilominor in suos quam in alienos. Hic circiter millesimum trecentesimum nostrae salutis annum exortus, intra annos uiginti octo non mediocriter auxit Turcicam tyrannidem, subacta maxima ex parte Bithynia, nec paucis ad Euxinum oppidis ui capit. Huic successit filius Orchanes, qui dissidio Græcorum adiutus, Prusiam Græcis ademit, ac primus in Europam traiecit, accitus à Cantacuzeno, cui certamen erat cum Palæologis: ubi parricidio quoq; ditionem auxit. Duxerat enim uxorem Caramani filiam, & saceri filio interempto magnam principatus eius partem occupauit. Et hic annos XXII. rerum potitus Ammurate filio tradidit principatum, qui sollicitante Palæologo, duodecim Turcarum milibus in Europam transportatis aduersus Bulgaros, & Pelopōnesi principem re sat feliciter gesta ad Europeas opes animum cœpit adjicere: dumq; simulat se Imperatoris hostes ulcisci quemadmodum cœperat, Genussum nauibus ad id suppeditatis, transmisso Hellespōto, Abydum adorit, Callipolimq; præter alias ciuitates occupat: mox Seruiam, Bulgariaq; ingressus occupata Hadrianopolis, occurrites hostium copias ingenti clade profligat, Lazaro Seruiae principe ceso, à cui seruo mox ipse occidit Ammulates, relictis duob; filijs: q; Pazaites Solymanū fratre dolo necat, mox imperfecto Bulgaros: princeps maximā eius ditiōis pte sibi vindicat hoc succedit.

## DE BELLO TVRCICO.

cessu rerum inflammator. Bosfinam, Croatiam,  
& ulteriores Illyrici partes vastat, Constantino-  
polim obsecit annis octo, facile expugnaturus, nō  
si Gallorum & Vngarorum exercitus ab instituto  
reuocasset, quibus ad Nicopolim occurrens, pro-  
fligatis hostibus ad intermissam obsidionem re-  
diit, pressitq; biennium, nec uidebatur relicturus,  
nisi nunciatū esset Tamberlanem Scytharū prin-  
cipem ingenti multitudine in Turcām terras ir-  
rupisse. Cum hoc conflixit ad Stellam montem, in  
Galatiæ Bithyniæq; confinio, sed infelicibus auspi-  
cijs, quandoquidem in eo prælio cæsa feruntur du-  
centa Turcarum milia. Pazaites captus, aureis ca-  
tenis in cauea uinctus, à Tamberlane circulatus  
fuisse dicitur ad extremū usq; uitæ diem. Hęc acta  
sunt circiter annum milleſimum trecentesimum  
nonagesimum septimum. Ex liberis quos relique-  
rat Pazaites, Machometes Orchane fratre per-  
infidias sublato, Turcicam rem occupat solus qui  
recepit quæ Tamberlanes abstulerat, Bulgarios  
& Vlachos populatus, Hadrianopoli regiam con-  
stituit. Machometæ successit Ammurates filius. Is  
adortus Myfiæ principem, duos illius filios exo-  
culat, ac mox horum sororem ducit uxorem, his  
auspicijs fretus in Vlachos, Vngaros, & Germa-  
nos incursiones facit, mox in Epirum uersus, Cro-  
iam armis capit, Venetis Thessalonicam adi-  
mit. Interim ab Vngaris ingenti pugna uictus,  
decennales ab his inducias petit & impetrat,  
quibus hortatu pontificis Eugenij violatis, Vn-  
gari repetunt Ammuratem, uerum ingenti no-  
strorum

## CONSULTATIO

strorum clade. Nam in uno prælio, quod ad Var  
nam commissum est, periere Ladislaus rex Polo  
niæ & Julianus Card. In altero quod ad Basila fu  
it, cæsi non pauci principes Vngariæ, milite grega  
rio ad internicionem extincto. Nostrorum ducū  
tum ambitio, tum dissidia, uictoriam tradidere  
Turcæ. Mox fratrum discordia Pelopōnesum illi  
tradidit, tandem dum Epirum quæ defecerat uin  
dicat, dum Croiam frustra oppugnat, animiolo  
re perisse dicitur, rerū potitus annis triginta qua  
tuor: cui successit filius Machumetes q̄ inexplibili  
rapacitate maiorē suorē tyrānidē obscurauit. Duo  
Christianorum imperia, Constantinopolitanū &  
Trapezōtium subuertit, regna duodecim Christi  
anis ademit, ciuitates ducentas cepit. In his erat  
Chalcis insula & Scodra, quondam Venetorum  
ditio. Capham Ponticā urbem expugnauit, Rho  
don insulam tentauit, licet irrito conatu. Hydrun  
no expugnato, arma mouit in Italiam, eamq̄ triē  
ne, ut Sixtus pontifex deploratis rebus relicta ur  
be apostolica, fugam in Gallias adornaret. Mox  
in filium natu maiorem bellum atrox moliens pe  
riit anno millesimo quadringentesimo octuagesi  
mo primo. Hinc inter fratres parricidiale certa  
men de principatu, sed uicto maiore Zizimo. Pa  
zaites rerum summam tenuit. Hic Sultanū Aegy  
ptium bello frequenter adoptus, rem infeliciter  
gessit, ut Turcæ fœdus cum hostibus inire coacti  
sint. Dehinc anno 1492. Cerauniorum montium  
accolas inuadit, easq; gentes ad cum usque diem  
semper

## DE BELLO TURCICO.

semper liberas in Turcicam pertraxit seruitutem.  
Septimo ab hinc anno, classe inuestus, Methone,  
Naupactum, ac Dyrachiū Venetorum adimit ditionem.  
Quin & Foroiuliensium agros Turcae crudelissime  
wastrarunt. Pazairae regnum occupauit filius Selimus,  
patre depulso. Selimo, siue ut alij malunt Zelimo  
successit Solymannus, nihil a maioribus degene-  
rans. Vide uero quod illis fuerit felix impietas, dum nos  
uerem pietatis studium abiicimus. Nos inter nos sine  
fine de qualibet ditiuncula bellis plus quam ciuibus  
digladiamur, & interim Turcarum latrociniū uerius  
quam imperium, quam late porrectum est. Ad septentrio-  
nem pontum Euxinum attingit, ad orientem Euphra-  
te fluvio terminat. Ad meridiem Aethiopia. Nam  
intra paucos hosce annos, totam Aegyptum ac Sy-  
riam unam cum Phoenice & Iudea Palestina sube-  
git. Ab occasu ad Ionicum mare pertinet. Hinc si ad  
Septentrionem redeas, Danubium attingit, immo li-  
mitem hunc longe transiliit, ad Borysthenem usque  
fluum. Nunc mihi specta quam uariam, quam spaciousam  
& opulentam ditionem hic ambitus complectit. To-  
ta Asia minor, duodecim non minus nationes co-  
tinens, Tota Thracia, in qua est Constantinopo-  
lis priscis dicta Byzantium, olim Christianorum Imperatorum, nunc Turcarum regia, Duæ in Europa My-  
siæ ad flumen Danubium, magna Dacie portio,  
tota Macedonia, totaque Græcia, cum omnibus Ae-  
gei maris insulis, quæ partim Sporades, partim  
Cyclades appellatur, sub Turcarum imperio du-  
ram seruitutem seruiunt. Cretam nunc uulgo Candiam,  
Cyprumque duas nobilissimas mediterranei maris

## C O N S V L T A T I O

Insulas Veneti haec eis ut cūq; tenent, sed, ut acci-  
pio, tributarias. Hæc ut cūq; per transennā ostendā-  
sa, si quis explicet, quō olim opulēta regna, quō  
celebres ciuitates, non tam pressas q̄ extinētas cō-  
perier? Quid nunc est illa quōdā m̄ beata Pelopo-  
nēsus? Quid nobile totius orbis emporium Corin-  
thus? Quid Attica quondam ob morum elegantia  
Græciae Græcia dicta? Vbi nunc ingeniorum pa-  
rens & optimarum disciplinarum altrices Athē-  
næ? obscurus uicus ostenditur, sic tamen ut de no-  
mine prorsus ambigatur. Vbi Lacedæmonia quæ  
sola gignebat masculos? Quid hic pergam ea com-  
memorare quorum adeo recens est memoria, ut  
ipsæ res etiamnum oculis atq; auribus cunctisq;  
sensibus omnium inhæreant, Rhodum captam:  
quid toties cruentas incursiones factas in Vnga-  
riam, quid extinctum Lodeuicum Vngariæ re-  
gem, quid hoc anno totam Vngariam crudelissi-  
me occupatam, depulsum regem Ferdinandum,  
plus quam hostiliter oppugnatam Viennam, in-  
credibili immanitate vastatam Austriam ulterio-  
rem totam. Summam rerum obiter indicaui, quid  
si quis euoluat singula & quam truculentas clades  
nostras, quot Turcarum uictorias, nostra damna  
luctusq; reperiemus? Ac fortasse iam omnes Tur-  
cæ seruiremus, nisi terræ filius extitisset Sophis,  
qui Turcarum explebilem rapacitatem aliqua ex-  
parte cohibuisset. Nisi parum feliciter illis cecidiſ-  
set Martis alea cū Sultano Aegyptio, nisi domesti-  
cæ inter ipsos seditiones crudelitatis in nos impetu  
aliquātulū fuissent remorata. Vnde igit illis tatus  
rerum

## DE BELLO TURCICO.

terum successus? Si gētis originem requiras, summa reperies obscuritatem cū summa barbarie coniunctam, Si imperij primordia, occurrit mercenarius miles, occurrit nefaria perfidia trucidatus princeps in cui<sup>o</sup> uerba iurarāt. Si progressum queras, cōperies rē crudelitate partā, latrocinijs auctā, cōperies funesta coniugia, cōpies impia fratrū parricidia, patres à liberis regno depullos, cū perfidia cōiuncta crudelitatis exēpla, ut nihil interim dicā de religione & moribus. Regnant irato deo, pugnāt aduersum nos sine deo, illi Mahometū habent propugnatorem, nos Christū. Et tamen q̄ late propagarint tyrannidem res ipsa loquit: tot ditionibus excussi, magnaç Europæ parte amissa, de tota periclitamus. Quis enim nescit quām facilis genti Turcarum terra pateat ad nos aditus? Quum enim utrāq; teneant Mysiam, superiorem & inferiorē, ad flumē Danubium, regiones Thraciæ vicinas, non difficilis per hoc flumen ad nos patet aditus. Dalmatas & Illyrios eadem vicinitate habet obnoxios, ne quid dicam de Pannonia quam toties impetiūt. Mari uero toti imminet Italiæ, præcipue uero ab Epiro, Siciliæ ac Neapolitano regno. Hydruntum extremum Italī opidum adhuc tenet, Brundusium aliquando tenuisse dicit. Nūc præluisit in Austriam, quorsum euasura deus nouit. Et ubi interim dormierūt illa bella nata Germanorum pectora? An pietati Turcarum hic successus tribuetur? Nequaquā. An uirtuti? Gens est effeminata luxu, nec alia re q̄ latrocinijs formidāda. Quid igit cause? Nostris uitij illis

BB ij debent

## CONSULTATIO

debet suas uictorias, pugnauim⁹ aduersus illos, sed  
ut res ipsa clamat, irato deo nřo. Isdē eīm studijs  
arma mouemus in Turcas, quibus illi ditiones alii  
enās occupat. Trahimur regnandi libidine, inhia  
mus opibus, & ut dicam in summa, Turcæ pugna  
mus cū Turcis. Quin ipsa re⁹ gesta & historia satis  
idicat, nostris dissidijs, nostra ambitiōe, nostratiū  
perfidia grauissimis cladibus semper fuisse datū  
locū. Palæologi cū Cātacuzeno implacabile dissī  
diū Turcis aditū aperuit in Europam. Iusfirandū  
autore Eugenio uiolatiū nos in funesta prælia cō  
iicit. Sigdē & hosti seruāda fides. Nec mediocriū  
malorū nobis causa fuit Zizimus Pazaitæ frater  
ueneno perēptus, qui bello captus à Rhodiēsibus  
quū in Alexandri sexti pontificis manus uenisset;  
Carolo Gallo, regi postulati datus est, sed prius  
dato ueneno, quo mox periit priusq; Mediolanū  
peruenisset, si modo nō fallit publica suspicio. Si ip  
si concordes, si purgatis animis sub uexillis Chri  
sti, illius unius auxilio freti, legitime bellū gessisse  
mus cū Turcis, haud quaquā in tam angustū esset  
contracta ditio Christiana. Sed hisce de rebus suo  
loco copiosius. Interim mihi paucis rixādum est  
cum duplici hoīm genere, quorū alteri perperā ad  
bellū Turcarū inflāmati sunt, alteri perperā dehor  
tantur ab armis in Turcam mouendis. Nā utriq;  
mihi uidentur diuersa qdem ratione, sed pariter  
tamen peccare. Ut eīm nō omne cū Turcis bellū le  
gitimū ac piū est, ita incidit ubi obsistere Turcē  
nihil sit aliud q̄ prodere rem Christianā immanis  
simis hostibus, ac fratres nostros illorū indigna fer  
uitur

## DE BELLO TURCICO.

uitute pressos deserere. Quā imperita multitudō  
Turcarū nomē audit, protinus cōcīpit aio graues  
īras & ad cādē inflāmat, canes & Christiani nomi  
nis hostes illos uociferātes: nō reputās illos primū  
esse hoīes, deinde semichristianos, nec expēdēs an  
legitima sit belli causa, postremo, an expeditat ar  
ma capere, & hostem laceſſere truculētius fāuitu  
rū: nec cogitans nullos esse pernicioſores ecclesiæ  
hostes, q̄ impios principes, p̄cipue ſacros, poſtre  
mo nō animaduertēs interdū deū nostris ſcelerib⁹  
offenſum ad emēdandos nos abuti barbarorū im  
manitate. Atq̄ interim pingūt nobis exēpla Tur  
cicæ crudelitatis. Atqui ea res nos admonere de  
beret q̄ ægre ſit omne bellū cū quoq̄ ſuſcipiēdum.  
Nā hic eſt oīm bellorū cōmunis ludus, qbus Chri  
ſtiani cū Christianis tot iam annis impie cōflicta  
mur. Execramur in tabulis immanitatē, ſed aspe  
riora patrata ſunt in aspera, nō à Turcis, ſed à no  
ſtratibus, plerisq; etiā amicis. Nimiū recēs eſt eius  
calamitatis memoria, nihil ē neceſſe ut hoc hulc⁹  
refricem. Ergo ſi talia picturae argumēta nobis  
uere diſplicent, abiiciēda eſt noſtra temeritas, qua  
rā facile procurrimus ad arma. Crudelius eīm eſt,  
qđ Christiani faciūt Christianis, etiā ſi fint q̄ fiunt  
Paria. Quale uero ſpectaculū cēt, ſi in tabulis ex  
preſſa ſubijcerēt oculis hoīm, quæ ānis quadragin  
ta Christiani patrarūt in Christianos? Tantū ad  
uersus eos, q̄ nihil aliud clamāt q̄ bellū in Turcas,  
bellū in Turcas. Nūc cū illis agā q̄ in diuerſam pec  
cāt partem, errore fortassis ſpecioſiore, ſed nihil  
minus pernicioſo. Sūt eīm q̄ in totū existimāt Chri

## C O N S U L T A T I O

rianis interdictū bellandi ius, quā opinionē arbitrī  
tror absurdiorē q̄ ut sit refellēda: tametsi nō defue-  
tunt qui hinc mihi calumniā struerent, quod in lu-  
cubrationibus meis plurimis sim in laude pacis,  
ac bellorum detestatione: sed mea legunt integri,  
uel tacente me perspiciunt manifestā sycophātiā  
imprudentiā. Doceo bellum nunquam suscipien-  
dum, nisi quum tentatis omnibus uitari non pōt,  
propterea quod bellum suapte natura res sit adeo  
pestilens, ut etā si à iustissimo principe, iustissimis  
de causis suscipiat, tamē ob militum ac ducum im-  
probitatē, ferē mali plus adferat q̄ boni. Plus au-  
sus est diuus Bernardus, qui mundanā militiā ap-  
pellat malitiā: mundanā autē appellat, quoties am-  
bitio, ira, aut p̄dæ spes ad arma prouocat: ibi q̄ cā-  
dit, inquit, perit in aeternū, qui occidit & uincit ho-  
micida. Nunc cum his ago quibus placet Lutheri  
dogma quo censem eos qui belligerātur cū Turcis,  
rebellare deo, per illos nostra sclera castigāti. Eā  
sententiam huiusmodi elogio notarunt theologi  
Parisienses. Hæc propositio uniuersaliter intelle-  
cta est falsa, nec sacris eloquijs cōformis. Falsitatē  
impingunt non hæresim, nec simpliciter dānant,  
sed in uniuersum negant esse uerā. Sentiētes ni fal-  
tor, pro causæ circumstatijs bellum interim recte cū  
Turcis suscipi, interim secus. Quod autē ad scriptu-  
ras attinet, extra controversiā est olim Hebræos  
autore deo cruenta bella gessisse cum Allophylis  
q̄n ipm etiā Mosen auxiliārib⁹ Leuitis xxij. milia  
fūt gētis trucidasse, ob uitulū cōflatilē. Sed hic du-  
bitabit alijs an hoc ius transierit ad Christianos,

præscr

## DE BELLO TURCICO.

Præsertim quū Hebræi ferē nō nisi peculiari iussū  
numinis bella suscepérint. Cæterum si quis in to-  
tū Christianis adimāt ius belli, idē magistratibus  
oportet adimāt ius puniēdi nocētes. Nihil cūm est  
aliud bellum, q̄ punitio multorū per multos, si ma-  
leficiū alia ratione corrigi nō possit. Sed euāge-  
līū licet adulterā dimiserit, nūsquā tamē legitimū  
ius adimit magistratui, tamē si nūsquā aperte cō-  
probat. Cæterū Paulus gladiū qui portat ad uin-  
dictam malorum, laudem bonorum uidet appro-  
bare. Quod si quis tergiuerſetur Paulum illic loq̄  
de magistratu ethnico, cui uoluerat à Christianis  
obtemperari, ne scandalum præberent euangelio  
si uiderent reipublicæ statum & ordinem pertur-  
bare: respōderi potest, quoniam nec inter Christi  
anos aliter potest seruari reipublicæ trāquillitas,  
opus esse prophanis magistratibus, qui metu ma-  
li cohibeant scelerosos, qui legibus ac monitis nō  
obtemperant. Quam potestatem si concedimus  
magistratui, belli quoq̄ ius Monarchis conceda-  
mus, oportet. Quāquā illud certissimum arbitror  
omnia tentanda potius q̄ inter Christianos bellū  
oriatur, nēc prorsus suscipiēdum, nisi frustra con-  
sumptis omnibus remedijis uitari non possit, etiā  
si causa sit, tum grauissima, tum iustissima. Nam si  
libido dominandi, si ambitio, si priuatus dolor, si  
uindictæ cupiditas bellū persuasit, latrociniū esse  
constat non bellum. Et quanq̄ Christianorū prin-  
cipū præcipuaē partes sunt bella gerere, tamē non  
oportet rē omnium periculosisſimā suscipere, sine  
ciuitatū & patrię cōſensu. Quod si necessitas ineui-

## CONSULTATIO

tabilis huc hortat, ut omnino belladū sit, Christia  
nē māsuetudinis est, uiribus totis adniti, ut bellū q̄  
minime multos corripiat, & q̄ pōt minima sangu  
nis iactura q̄ ocyssime finiat. Lauda tēm hoc noīc  
Theodosius impator, & lauda tā uiro laudatissi  
mo Ambrosio, qd à cōmunione sacramētorū absti  
nuerit, eo qd hostibus in bello cæsis uictoria crue  
ta cōrigisset. Atq Romani pro numero cæsorū ho  
stiū, statuas ac triūphos splēdidiōres decernebāt.  
Nec Ambrosius qui factū hoc prædicauit in The  
odosio, bellū quālibet necessariū iustūmū pbar,  
nisi adsit animus religiosus, totā uictoriā fiduciā  
in deo collocās, nec a liud spectans q̄ reip. trāquillit  
atē. Quidā nobis p̄cōtantibus, qui cōsistere possit  
res publica Christianorū, si nulli sint q̄ legib⁹ &  
armis protegāt, mutua p̄cōtatiōe respōdere solēt,  
quō subsistit & creuit res publica Christiana, quū  
nec magistratus haberet pphanos, nec arma, nec  
tormēta uerū ut talib⁹ initij⁹ expediebat exoriri  
ecclesiā, ita nihil necesse est ut ppetuo sit idē rerū  
status. Creuit miraculis, q̄ nūc requirēda nō sunt.  
Quanquā ecclesiæ trāquillitatē tū tēporis utcunq̄  
tueban̄ ethnici magistratus, neq̄ em̄ cuiuis tū li  
cebat Christianū occidere Porro qd attinet ad Lu  
theri rationē. Si ideo nō est phas Turcis obſistere,  
qd per illos deus castiget suorū malefacta, nec in  
morbis licebit accersere medicos, qd deus & mor  
bos immittat ad purgationē suorū. Quin ad idem  
abutitur Satanę malicia, cui tamē iubemur resistē  
re. Fas est igit̄ & Turcas de pellere, nisi deus euīdē  
ti signo id fieri prohibeat. Quanq̄ si nos ad bellū  
extimu

## DE BELLO TVRCICO.

extimulet, nō reip. Christianæ tranquillitas, sed latius regnādi libido, aut opū cupiditas, aut similis aliqua causa, aut si nr̄is freti viribus magis q̄ dei præsidio cū illis cōgredimur, aut si præter cōvēta, liquet bellū irato deo suscipi: Addā & illud, Si deus toties in nos immittit Turcas, ut ad uitā emendatiorē prouocet, nosq̄ paramus arma, nec ea corrigitus qbus offensus deus nobis immittit barbarorum immanitatē, infelicibus auspicijs bellū geremus qd hactenus euenisſe perspicimus, uereorq; ne in posterū atrociora uideamus, nisi toto pectore cōuertamur ad dñm, eiq; sacrificiū offeramus qd nobis oñdit psalm⁹. Sed obijciūt alig, ut fas sit Christi anis aduersus Christianos bellū gerere, aduersus Turcas nō licet, qd Paul⁹ neget esse suū de his q foris sunt iudicare, satis habere si de his q intus sunt iudicet. Sed Turcæ foris sūt, nec ad ecclesiā ptinēt. Quod si nobis fas est occidere Turcas, quur olim ecclesia, nō armavit se aduersus gentes tā immani ter sœuiētes in professores Christiani nois⁹. Atqui Augustinus ne tū qdē id fieri uolebat, quū nostri numero & opibus essent illis supiores, intercedēs etiā pro qbusdā qui Christianos occiderāt, ne per imperatorem afficerent supplicio: nec aliā adfert causam, nisi qd ea ratione martyrum esset obscurando gloria. Legimus imperatores idololatras crudelissime sœuisse in fortunas & corpora Christianorū, sed Christianis armis se tutatos, aut uindictā molitos nunquā legimus, Vnico fugæ præsilio sunt usi, qd illis dñs indulserat. Quanquā non defunt autores, quorum est Tertullianus, q̄ cēscat BB v fugam

## C O N S U L T A T I O

fugam non simpliciter concessam, sed ad tempus  
diuino quodam cōsilio permisam, ut quoniā pau-  
ci adhuc erant Euangelicæ doctrinæ præcones, il-  
lorum fuga latius spargeretur Euangelium. Quo-  
per orbem disseminato, fugere negādi genus erat.  
Quod si fugere nō licet, minus licet ad arma pro-  
currere. At Christianorum uulgas perperam exi-  
stimat, cuiuis licere Turcam non aliter occidere q̄  
canem rabidum, non ob aliud nisi quia Turca est.  
Quod si uerū esset, liceret cuiuis occidere Iudeum  
quod tamen si quis audeat, non effugeret pœnam  
legū ciuilium. At magistratus Christianus Iudeos  
punit si quid delinquent aduersus leges publicas,  
quibus se se submisserunt, ob diuersam religionem  
nō occidunt, eò quod religio Christiana suadetur  
non cogitur, & inseritur non obtruditur. Hoc aut̄  
ius quo puniuntur Iudei quēadmodum & Chri-  
stiani, habebant olim ethnici principes in Christi-  
anos, & nunc haberent Turcæ, si quod deus auer-  
sat, sub illorū ditione légitime uiueremus. Proin-  
de misere se fallūt q̄ se credunt recta subuolaturos  
in cœlum, si cōtingat in prælio aduersum Turcos  
cadere: nisi pura sit conscientia, nec si pro Christo  
ceruicē porrigas ad idololatriā uocati tyrāno, in  
cœlum puenies. Porrò tanta fuit priscorū ecclesiæ  
præfulum māluctudo, ut ne relapsos qdē Iudeos  
uellēt plecti suppicio capitis. Id perspicuū est ex  
distinctione de cōsecratione iij. cap. pleriq̄ ex Iu-  
dæis. Quum em̄ Sisemādus rex cōperisset multos  
Iudeos qui detestati priorem impietatē professi  
fuerāt fidē Christianā, non solū relapsos in ueterē  
blasphie

## DE BELLO TVRCICO.

blasphemiam, uerum etiam abominandos ritus  
Iudaicos exercere circuncisis liberis ac seruis suis.  
Consuluit ecclesiæ præsules, quibus modis hoc im-  
mane scelus corrigendum esset. Responsum est il-  
li ex decreto concilij Toletani decimi. Tales Iudæ-  
os pontificali autoritate correctos ad cultū Chri-  
stianæ dignitatis reuocādos esse, ut quos propria  
uoluntas nō emendabat, animadueratio sacerdota-  
lis coherceret: liberos à parētum consortio separā-  
dos, seruos pro iniuria corporis libertate donādos.  
Tam constat sacerdotes nullum habere ius occidē-  
di quēq. At nūc blasphemia in Christū ac uirginē  
matrē, etiā sine relapsu punitur supplicio plus q̄  
capitali, & in hæreticum errorē prolapsus tradit  
incendio, etiā nō accedat crimē blasphemiae. Be-  
rengarius aut in tā abominandū errorē reuolutus  
adeo nō est occisus, ut nec archidiaconi dignitas il-  
li sit adēpta. Exurit & Christianus in paganismū  
reuolutus. Sed iustius erat Iudeū exurere, q̄ adul-  
ta ætate, cathechismo edoctus, spōte Christū pfe-  
sus est, q̄ qui infans & insciens baptizatus. Hęc eō  
spectant, non ut reprehendā hodiernæ cōsuetudi-  
nis seueritatē, fortasse necessariā, sed ut ostendā ec-  
clesiam quo magis uigebat in ea germana pietas,  
hot magis à bellis & capitalibus supplicijs abhor-  
ruisse. Diuus Ambrosius probat in Cæsare qđ bar-  
barorum incursionē ab Italia depulerit, nec aliter  
probat nisi cū fide & religionis amore sumant ar-  
ma, quanq̄ inqt, hoc nō est euāgelicæ pfectiōis. uī  
des q̄ circūspete q̄q̄ contanter bellū approbarit.  
Verū ut om̄e gladij ius prophanis principib⁹ ac  
magi

## CONSULTATIO

magistratibus adimere, nihil aliud est q̄ uniuersum reip. statum subuertere, ciuiumq; fortunas ac uitā facinorosorum audaciæ prodere, ita nullo bōno exēplo fieri pōt, ut sacerdotes nō dicā bellū gerant ipsi, sed bellicis negocijs implicent, Deo militant, nec implicari debet secularibus negocijs. Bellum aut̄ adeo res est secularis, ut propemodum sit ethnica, qđ si fas est sacerdotib⁹ præliari, fas sit & carnificē agere. Nūc quum pōtificum cōstitutiōes arceant sacerdotē à medicando, qua fronte admittit ad bellādum, cum medici studium & ars sit seruare, bellatoris occidēre. Exēplum aut̄ de depellēdis morbis nō per oia cōgruit rei propositæ. Nam pharmacis uti, cum nullius injuria dānoue cōiunctum est, at q bello rē gerit, sic ab sese depellit iniuria, ut alijs moliat exitium. Quod si bellum parum iustis de causis suscipit, aut securus q̄ oportet gerit, nihilo magis probandum est, q̄ si qs morbi maleficiis artibus depellere conet. Quin & illud in disq̄ fitionē uocat, an q sibi male cōscius, agnoscit morbum ab irato deo immissum, fas sit cōcessis remedīis morbum propellere, quum interim hæreat in proposito eadē perpetrādi quæ ppetrauerat, Videlicet em̄ is manifeste repugnare diuinæ voluntati. Sed ut hoc donec licere cuiq; scdm primū naturæ ius, suā tueri incolumentatē qualicunq; spc correctiōnis, etiā si ob curatā ualetudinē nō incurrat nouū crimē, tamē cōstat illū grauissime peccare, qđ dei misericordiā ad emendationē uitæ sollicitatis respuit, seseq; in summum discrimē cōiūcit, ut nō mōnō leuetur morbo, sed grauius etiā malū sibi accerfat.

## DE BELLO TVRCICO

fat. Nam arbitrii medicorum arte morbum depelli posse inuitio deo, extremae impietatis est. In simili statu sumus, si quū agnoscamus nos Turcarum incursionibus ad uitā emendatiorē, ad mutuā cordiā solicitari, tamē in scelerib⁹ nřis persistētes, existimam⁹ nos irato deo, uiribus nostris calamitatem posse depellere. Quod si uiolata fide iuriū di fœderumq; Turcas laceſſimus, perinde facimus ac si ægroti remedium nō à medicis, sed à maleſi-  
cis petamus. Proinde quēadmodū fidele cōſilium dederit ægrotō, qui illi suadeat ut in primis se deo recōciliet, agnoscatq; dei manū q; pro meritis mi-  
tiorē, imploretq; dñi misericordiā ſumpto propo-  
ſito uitæ correctionis: ita ſalubre cōſiliū nunc de-  
derit Christianis principib⁹ q; suadeat illis, ut pri-  
usq; ad arma pūtrāt, ea ſubmoucant, qbus oſfen-  
ſus deus Turcas toties nobis immittit. Alioq; ſi no-  
bis nostris uiribus promittimus uictoriā, qd aliquid  
q; nos ipſos fallimus, ac numinis irā magis ac ma-  
gis in nos exacerbamus, deo repugnātes uerius q;  
ipſis Turcis? Nō eſt aut̄ necesse, ut ea cōmemorē,  
quæ deum auertunt a nobis. In ſe quiq; descēdat,  
ac domi reperiet affatimi. Cōclusit rursus deo oia  
ſub peccatū, ut oīm miscreat. Alius alijs laborat  
uitijs, alijs aptius malus eſt, alijs tectius, Oēs ta-  
men egem⁹ dei misericordia. Quę tamē præcipua  
ſunt & euidentiſſima, maxime diſſimulātur. Quę  
ſunt illa: Utinā in pauciores caderēt quę dicturus  
ſum inuitus ac dolens, utinā in nullos. Ecclesiæ pa-  
ſtores immane quātū degenerarūt ab archetypo  
ſuo. Quām hic oia uitiarūt tineat, pefſimꝫ, ambi-  
tio

## C O N S U L T A T I O

rio quæstusq; Dicin quot annis uidimus externos  
principes irreconciliabilibus odijs inter se decer-  
tare. Pro Helena decennio bellū actū est inter Gr̄  
cos ac Troianos. At pro Helena Mediolano quan-  
to diutius conflictatum est? Quid malorū non est  
pastia Italia? Quibus nō malis afflcta est Gallia?  
Flent etiam uictrices regiones. Belli qd nobis tot  
annos fuit cum Ghelrijs mysterium satius est non  
attingere: nimisq; est qd sensimus: ac ne singula per-  
sequar, que regio super est ubi non incredibili re-  
caritate premitur tenuis plebecula? Vbi nunc ue-  
tar fidei, ubi Christianæ charitatis, ubi pacis & cō-  
cordiae uestigia? Quo nunq; seculo plus licuit, frau-  
dibus, audaciæ, rapinæ & imposturis? Et interim  
ceu germani Christiani Turcas derestamur. Si no-  
bis succedere cupimus, ut Turcas à nostris ceruici-  
bus depellamus, prius tetterimum Turcarum ge-  
nus ex animis nostris exigam, avaritiā, ambitio-  
nē, dominādi libidinē, nostri fiduciā, impietatē, lu-  
xum, uoluptatum amore, fraudulētiā, iram,  
odium, inundiā, & his gladio spiritus iugulatis su-  
mamus animum uere Christianū, atq; ita si res po-  
stulet sub uexillis Christi, militem aduersus Tur-  
cas homines, & eodem propugnatore uincemus.  
Hoc em̄ promisit in Leuitico, sed legem seruātibus  
persequimini inimicos uestrros & corrueant coram  
uobis: persequentur quinq; de uestris centum alie-  
nos, & centum de uobis decem milia. Tum aut̄ fue-  
rit Christo gratissimus triūplus, si hoc egerimus,  
non tam ut illos occidamus, quām ut eos in religi-  
onis ac pietatis cōsortium adiungamus. Tales ui-  
ctorias

## DE BELLO TURCICO.

Etiora amat qui gaudet seruatoris cognomine, qui  
sic occidit ut uiuificet, sic vulnerat ut sanet. Pium  
deoq gratissimum est homicidium, sic iugulare  
Turcam, ut existat Christianus, sic deinceps impium  
ut exoriatur pius. Hic igitur sit scopus unicus, hoc  
principium studium, ut Christi ditionem auge-  
mus potius quam nostram. Alioqui iugulare Tur-  
cas quid aliud est, quam orco litare? Possidere quod  
Turca possidet, imperare quibus imperat, nec ali-  
ud spectare, superbiores nos & auariores redde-  
re poterit, feliciores non poterit: ac periculum fu-  
erit, ne nos degeneremus in Turcas citius, quam  
ut illos ad ouile Christi aggregemus. Quisquis  
considerat prater Syriam ac Palestinam tot Græ-  
cia regna, tot Asiae minoris provincias, in quibus  
olim per apostolos prædicatum est euangelium,  
nunc propemodum desolatas esse, ac barbarorum  
tyrannide premi, qui fieri potest, ut non totis præ-  
cordijs indolescat, optetque Christi nomine, quod nunc  
in angustum uidetur contractum per uniuersum  
terræ orbē, agnoscit, celebrari, adorari, iuxta psal-  
mum, Vniuersas nationes uarijs linguis, sed cōcor-  
dibus in eodem templo, hoc est in unitate ecclesiæ re-  
demptoris suo canere gloriæ? Nam beatus Paulus  
nobis spem bonā ostendit, fore, ut aliquando Iude-  
orum pertinacissima natio ad idem ouile congre-  
get, ac nobiscum agnoscat unicū pastorem Iesum,  
Quāto magis id speradū de Turcis reliquisque bar-  
baris nationibus, quantum, ut audio, nulla colit idola  
sed dimidiatiū habent Christianismū. Si totū orbē  
tam pauci discipuli potuerūt sub Christi iugū mit-

## CONSULTATIO

tere, non alijs instructi p̄fidijs, q̄ fiducia erga deū,  
& gladio spiritus, qd n̄ nos idē auxiliāte Christo  
possim⁹, q̄ pr̄ter monarchas Christianos tot hz  
bemus theologæ doctores, tot egregios p̄sules,  
tot cardinales, tot euāgelicę p̄fectionis p̄fessores?  
Nō est abbreviata man⁹ dñi, nisi nos illius gratiæ  
defuerimus. Exitus totius negocij p̄det ab illius  
nutu q̄ dixit, Sine me nihil potestis facere, Illo p̄te  
ctore, unū fugiēt mille: illo auerso, nihil profuerit  
Quis numerosa militū manus, nec belli, q̄libet ope  
rosus apparatus. Ergo cū primis fixa in illo toti⁹  
nře spei ancora, nihil uetererit humanorū cōsiliorū  
ratiōes accedere: quæ sic adhibēdæ sunt, ut nihil  
secius toti p̄deamus à numinis aeterni p̄fidijs: cui⁹  
qđē pro illo pugnemus, ceterū re uera aduersus il  
lius uolūtatē bellige remur. Ut aut̄ intelligamus,  
an uolente deo bellū suscipiat, & an prospere cessū  
rum sit, nihil necessum est, p̄phetas accersere, nec  
ad exēplū Dauidis admoto Ephot oraculū cōsule  
re, aut ad exēplū Gedeonis triplex signū expete  
re. Iudæorū ac gētiū est exigere miracula, nō fide  
lū. Multo uero minus oportet exēplo gentiū au  
gures aut aruspices adhibere. Nullū certius orac  
lū scripturis diuinis, nullū certius auguriū q̄ mens  
sibi recti, p̄positi cōscia. Si gladiū eximit tibi è ua  
gina publicæ trāquillitatis studiū, si fratrū oppres  
sor, misericordia, si religionis amor, si tota uicto  
riæ spes est in p̄ficio numinis, si rectus oculus non  
aliò spectat q̄ ad Christi gloriā, ac Christiani gre  
gis utilitatē, puta tibi diuinitus de propitiatoris  
respon

## DE BELLO TURCICO.

responsum, aggredere uinces. Sin scriptura diuina reclamat animo tuo, puta per angelū esse denū ciatum ut quiescas. Si crudelitas, si proferendæ ditionis amor, si rapinæ cupiditas uocat ad arma, scito nullas aues uolare posse inauspicatores. Nā etiā si quid interdum feliciter cadere uidet ijs qui talibus augurijs bellū suscipiunt, non felicitas est, sed esca fallax in grauiores illectans calamitates. Interdum hoc nostris debetur sceleribus, & homē nū erga deū diffidēt, ut multæ res certā promittant uictoriā, quū diuinitus paretur extrema calamitas. Sic apud Homerū emittit ὅλος ὄντες, qui Græcos uictoriæ spe ad arma concitatos in summa cladem pertraxit. Sic in diuinis literis legitur spiritus domini mendax, qui per ora prophetarū omniū Achab regi Israël promitteret magnificā uictoriā, quum dñs illi pararet exitiū. Nam in primo statim prælio uulneratus interiit, pœnas luēs non audito Michez. Audit i sunt quadringēti prophetæ, uno spiritu mentientes, & contemptus est Micheas solus uera prædicens. A talibus prophetis & nostris monarchis cauendū censeo. Sunt enim qui ex anulis ac diuinationibus promittant uictorias, sunt q̄ per industia & gladios fortunatos, sunt qui ex uenitiloquij̄ & astris, sunt qui ex humanis artibus præfidiisue pollicentur successum, Torsum inquiunt numero, tantum habemus machinarū: his locis aggrediemur, sic & sic fallemus hostem: adsit deus, non adsit, nostra est uictoria. Alij de suggesto sacro clamant, Ite prospere, tradet dñs hostes in manus uestras, cornibus ferreis uen-

## CONSULTATIO

tilabitis eos, donec funditus delectis uniuersos.  
Huiusmodi fortissimas uoces, interdum & uenales  
impune iactant populi periculo, ipsi procul à telis  
domi se continent, & culinæ uentrisq; negocium  
agunt. Tales olim fuisse quamplurimos belli præ  
cones nimium compertū est. Utinam nūc eiusmo  
di nulli sint. Hic fortasse uidebor alicui suscepisse  
negocium dehortādi à bello Turcico. Nequaquā,  
sed hoc ago potius, ut feliciter bellum cum illis ge  
ramus, uereq; spetiosos triumphos Christo repor  
temus. Nam nihil aliud uociferari, quām bellū in  
Turcas, in immanes beluas, in Ecclesiæ perduelli  
ones, in gentem omni scelerum ac flagitiorum ge  
nere contaminatam, quid aliud est quām imperi  
tā multitudinem hostibus prodere? Quin ipse non  
semel admiratus sum, quū de propinquō audire  
mas crebras Hungarię clades, nuper Lodouici mi  
serandum exitium, Mariae Reginæ tristissimam  
fortem: nunc præter occupatum Hungarię regnū  
tam crudelēm Austrīæ uastationem, nostras regi  
ones, atq; ipsam adeo Germaniam adeo frigere,  
quasi quod geritur nihil ad nos attineat. Contra  
himus manus & uoluptatibus ac nugis impendi  
mus, quod tuendis Christianis impendere graua  
mur. Neq; uero me clam est, quid hic pleriq; caufa  
ri soleant. Toties per Pontifices Romanos acta  
est hæc fabula, semper ridicul⁹ fuit exitus. Aut c̄m  
nihil profectum est, aut res cessit in deterius. Pecu  
nia inquiunt collecta hæsit in manibus Pontificiū,  
Cardinalium, monachorum, ducum ac principiū,  
Nam gregario militi stipendiū uice relinqutur præ  
dandi

## DE BELLO TURCICO.

mandi licentia. Toties audiuiimus cruciatā expedi-  
tiōnem, recuperationē terrā sanctā, toties uidi  
mus rubram cruce m, triplici corona insignitam,  
cum rubro scrinio, toties audiuiimus sacrosanctas  
conclaves omnia pollicētes, toties acta præclaras  
spes amplissimas, nec aliud triūphatum est, q̄ pe-  
cunia. Itaq̄ quim prouerbio moueamur, esse tur-  
pissimum bis ad eundem lapidem impingere, nos  
plus tricies falsi, qui possumus fidere promissis  
quamlibet splendidis toties a perte delusi. Eadem  
res in totum propè alienauit animos hominū ab  
indulgentijs. Sensimus inquiunt meras esse nundi-  
nas. Subinde mutabatur titulus, Nunc erat res cū  
Turca, nunc Pontifex bello premebatur, nūc erat  
iubileū, qd duplicatū est, ut esset questus geminus:  
sub Ale xādrio etiā triplicatum est, quia forte poe-  
nitiebat nundinar: nūc offerebatur potestas plusq̄  
plenaria, & periclitabatur purgatorium, ne pror-  
sus nullū haberet incolam, Nunc ædificabatur tē-  
plū diui Petri in Vaticano, Nūc esuriebat Iacobus  
Cōpostellanus, nunc sanctus spiritus ille largitor  
omnium implorabat opem, nūc egebāt monachī  
in monte Sinai, nunc offerebāt cōpositio clemen-  
tissima debētibus restitutionē, ac iustificatio bono-  
rū male partor, etiam ē tēplis spoliatis. Quid plu-  
ra! Nullus erat cōponendi modus aut finis. Pecu-  
niæ partē secabant principes ut reciperent diplō-  
ma pontificium, partē decani & officiales, partē  
cōmissarij, partem qui pręgerant exomologesibus.  
Alijs datū ē aliquid ut loquerēt, alijs ut silerēt: Nec  
minima pars peribat inter scelerosos, ut fere sunt,

## C O N S V L T A T I O

ministros ac diplomati phoros. Hos inquiunt ipsi  
sus toties ac palam actos, & intellexit, & tulit cras  
sus Germaniae, crassior Galliae populus. Quum in  
Flandriam occidentalem inundasset mare, totius re  
gioni miserabile spectaculum exhibuisset, mox prae  
sto fuerunt indulgentiae, q̄ maxime liberales. Cau  
sa movebat omnes uehementer, non nihil etiam au  
toritas Adriani nuper Pontificis, Collatum est asse  
tim, ut ea pecunia miseris subueniretur. Missi sunt  
delegati, qui locis inspectis renunciarēt quid qui  
bus modis sarcicdum esset. Res picturis exhibita  
est. Quonam dilapsa fit ea pecunia, non est quur  
memorem, certe nihil impensum est in eum usum  
in quem fuerat collecta. Hæc aliaq̄ permulta no  
bis occidunt hodie, quoties suademus ut omes mo  
narchis ad sint aduersus Turcas, saevitiam, & uti  
nam haberemus quo liquido possimus declarare  
uana omnia quæ prædicant. Magnis studijs actū  
est hoc negocium olim à multis pontificibus, & qđ  
mirum est ab ipso Bernardo, & monacho & san  
cto: nihil omissum est, à Bessarione, à Pio secundo:  
genuit ea res multos ordines cruciferos, designa  
ti sunt amplissimi prouentus, additæ dignitates.  
Quid profectū sit, ipsa res clamitat. Leo decimus  
in hoc ipsum totis uiribus incubuit, dimisis per o  
mnes Christianorum prouincias legatis cardina  
bus, non quibuslibet, sed uiris apprime doctis:  
nusquam pronis auribus audita est legatio, quum  
Lutherus nondū scripsisset aduersus indulgentias  
pontificias, nondum prodidisset articulum, aduer  
sus Turcas belligerari nihil aliud esse, q̄ deo per il  
los.

## DE BELLO TURCICO.

Ios uisitanti nos repugnare. Hæc eò cōmemorare  
uisum est, imò res ipsa compellit, ne satis existime-  
mus uociferari, in beluas Turcas, sed ut rationem  
inēamus, qua fieri posuit ut post hac si pugnādum  
est, felicius, q̄ hactenus factum est pugnemus cum  
Turcis, & animos hominum non omino nulla de  
causa auersos, ad officiū pietatis reuocemus. Nūc  
propius urget nos mali uis, & habemus principes,  
non minus ditione præcellētes q̄ religionis studio  
præstantes, Carolum Imperatorem, & huius ger-  
manum regem Ferdinandum, ac iam tandem, uti  
nam maturius foederatū Christianissimū Gallia-  
rum regē Franciscū. Nec tum pro sua pietate, tum  
pro cognominis honore, (Nam fidei catholicæ de-  
fensor dici meruit,) defuturus est huic negocio, In-  
clytus Angliæ rex Henricus. Orandum est atq; etiā  
sperādum est fore, ut nostri misertus dñs Iesus ui-  
cario suo Clemēti V I I. mentē inserat ipso dignā,  
eamq; cōfirmet ac bene fortunet, quam præ se fer-  
re dicitur, & à bonis creditur. Quibus rationibus  
effici possit, ut prospere cedat bellū iam antea sa-  
tis declarauimus, si primū omnium placemus irā  
domini, si pura rectaq; sit intentio, si tota fiducia  
fit in Christū, si sub illius uexillis pugnemus, si ille  
triumphet in nobis, si dei nostri iussi obtemperā Iosue. 2  
tes, ueluti sub illi<sup>o</sup> oculis aggrediamur hostes. Nā  
si propter unius Acham furtū totus populus Isra-  
el infeliciter pugnabat cum hostibus, quid nobis  
sperandum est, si sceleribus onusū per milites sce-  
lerosos, qui uenalem habentes animam nihil non  
agitiorū admittunt, dum prædabūdi proficisciunt

## CONSULTATIO

ad bellum, prædabundi redeunt, aliquanto immati-  
ores in suos q̄ in hostes, qui scorta circūferunt, q̄  
in tentorijs temulenti ludunt aleam, peierant, ri-  
xantur, ac pugnant? Quos nō alia res elicit in bel-  
lum quām licentia peccādi & prædæ spes? Si uolu-  
mus deum propugnatorem, nec tales esse possū-  
mus quales erāt illi milites, quales describit diuis.  
**In sermo-**  
**ne ad mili-**  
**eis tēpli.**  
Bernardus, de quibus ambigit utrum monachos  
appellare debeat an milites, tanta erat & in mori-  
bus integritas, & in prælijs fortitudo: saltē animus  
nacet criminē, nec sub ipsius signis agentes domi-  
num nostris sceleribus prouocemus. Ut autem ta-  
lis sit miles, multum momenti est in ducibus, pluri-  
mum in monarchis, qui si spectent opes, ac latius  
regnādi dulcedinem potius quām commodū reip.  
id quod de nostris mea quidem sententia minime  
suspicandum est, omnia nostra quāmuis operosa  
molimina uergēt in infelicē exitū. Itcm si pōtifex  
quod abfit, ita cogitet, proferam meū principatū,  
crescēt ex nouis Ecclesiis annatae, cōstabilitā regnū  
meū, Cardinales meos mihiq; iuratos urbibus ac  
prouincijs præficiā, & per hoc bellū ipsis impera-  
bo monarchis, uereor ne magno rei Christianæ  
malo bellum hoc suscipiamus. Verum id ne fiat in  
nobis situm est, nobis in manu est præparare ani-  
mos, & dñs dabit lātum euentum. Porrò si quis  
crassior hæc ceu delira rideat, etiam atq; etiam ui-  
deat, ne rideat risum Sardonium, nec recuso uide-  
ri ridicula loqui, nisi toties nobis conflictatio cum  
Turcis cessit infeliciter. Et querimur nobis infeli-  
citer cadere quæ gerimus, quū sub titulo Christi,  
hacte

## DE BELLO TURCICO.

Hactenus negocium egerimus satanę, quum irato  
deo sumiserimus arma! Clamat per Esaiam dñs,  
& clamat nobis quotidie, quibus illa scripta sunt,  
Esa. 8  
Auferte malū ab oculis meis, quiescite agere per-  
uerse, & discite benefacere, & uenite atq; arguite  
me. Promittit inestimabilia, minatur atrocia, nec  
pollicens auditur nec minitans. Beneficia dissimu-  
lamus, minas contemnimus, aduersus castigantē  
queruli sumus. De bellis querimur, quū ipsi nobis  
bellum accersamus. Pacem sublatā cōploramus,  
quum pacis tranquillitate ad luxū ac uoluptates  
abutamur, ac nec in pace pacem inter nos habe-  
mus. Quiescentibus armis hostium, feruent intēstī  
næ similitates, rixæ, lites ac seditiones, & cū nemo  
cadat in prælio, multi pereunt in iurgijs ac temu-  
lētia, Querimur terrā nō respōdere nostris uotis,  
quū nos tam male respōdcamus iussis diuinis: ob-  
murmuram° deo, qd sterilecant agri, quū nos illi  
nihil gignam° prēter folia spinās & zizania. Mira-  
mur assidue stillare celū quū tāta sit cordiū nostro  
rū siccitas, ut uix quisquā lacrymulā emittat pro-  
cōmissis suis. Querimur de re⁹ penuria & chari-  
tate, quasi nō in quāmuis ubere prouentu, per ra-  
pacitatē, auariciam, & monopolior⁹ artes, tū inopī  
am ipsi pariamus, tum charitatem. Dolemus mi-  
nus solito nasci, quū ea quæ nata sunt nō præbeāt  
egētibus. Postremo de tot malis querimur, quū de  
bonis deo nō agamus gratias: de malis querimur  
quasi male uiuendo quicquā boni mereamur. De-  
ploram° infelicitatē nři seculi, quū in tot calamita-  
tibus nobis uacet esse malis: quumq; nō sine causa

## C O N S U L T A T I O

quidam diuinent instare finē huius mundi, tamen  
nō solum iungimus matrimonia, licita & illicita,  
quē admodū in diebus Noe, uerū etiam epulamur,  
abimis honores, uenamur dignitates, extruim⁹,  
longo molimine captamus regna, latifundia lati-  
fundij, ciuitates ciuitatibus, ditiones ditiōibus ue-  
luti linum lino connectimus. Audiamus ergo uo-  
ce dñi præcipiētis, & ille audiet uocem populi ad  
se clamantis, Si nos fecerimus quod ille iussit, nisi  
ille fecerit quod promisit, ad eam cum expostu-  
lemus cū illo, non recusat ita redargui, qui querit  
occasionem miserendi. Superest ut de reuocandis  
mortalium animis dicā nō nihil. Evidē arbitror  
populum aliquanto prop̄esiorem fore ad hoc bel-  
lū, si conspexerit per summos ac legitimos monar-  
chas, eosq; uere concordes suscipi: quorum hac in  
re primum ius est Cæsari Carolo, cum suis satra-  
pis, proximum regi Christianissimo, tertium regi  
Ferdinando, cui proprius imminet illa barbaries,  
dein aliorum principum. Nā si fas est uera loqui,  
huiusmodi negotia per Card. Episcopos, Abba-  
res, ac sacerdotes gerī, nec decorum est, nec conso-  
num sacris literis, nec ecclesiasticis sanctionibus,  
deniq; nec haec tenus unquam bene successit. Haud  
ēm scio quo pacto Mars iniq;or est uiris sacratio-  
ribus dicatis negotijs, & miles libētius paret duci-  
bus prophanicis q; sacris. Deniq; bellum habet mul-  
ta stratagemata, pro rebus præsentibus necessaria  
magis q; honesta, quæ tolerabilius geruntur per  
homines ab Euangelicæ perfectionis professione  
alieniores. Nam bellare res est necessitatis potius  
quam

## DE BELLO TVRCICO.

quam dignitatis, licet hinc quondam omnes ferent  
dignitatum tituli nati uideantur, Comitum, Ducum  
Baronum, Marischalcorum, Landgrauiorum. Hæc,  
uidelicet erat uel autoramenta uel solatia sese ob-  
publicam tranquillitatem in uitæ discrimen expo-  
nentium: sed quicquid eiusmodi titulorum est aut  
munerum, etiam si regum addas, longe est infra di-  
gnitatem eorum qui in Christi uices successerunt.  
Quanquam & illi uicissim principibus debent ho-  
norem & obsequium, suum munus obeuntibus. Ve-  
niā dabit uera loquenti, principum ægatas, qui se  
rè solum pontificem agnoscunt quum ipsis est cō-  
modum. Vitæ merita solus iudicat deus: cæterum  
quod ad ordinem politicum attinet, nullus est episco-  
pus tam humilis, quin sit quoquis monarcha subli-  
mior, functionis dignitate. Ambrosius urbis unius  
erat episcopus, huic se submisit Theodosius non ut  
nali titulo Imperator, sed tam late imperas pri-  
ceps. Christus nunquam bella sic legitur, sed tradi-  
dit nobis cœlestem philosophiam, ostendit uiam  
ad immortalitatem, docuit errantes, redarguit in-  
credulos, consolatus est pusillanimos, fouit imbe-  
cilles, studuit quamplurimos patri lucrifacere, be-  
neficijs deuinxit & dignos & indignos sanauit. Omne  
morborum genus. Hæc est uere sublimis re-  
gias finnetio, ad quam si cōferas omnia militariū  
dignitatum munia, plebeia sunt ac seruilia. Non  
eleuo principibus debitum honorem, quem agno-  
scit & Paulus, sed ordinem indico. Et tam nescio  
quomodo sit, ut plerique quod honorificentius est  
negligant, quodque humilius est affectent, quū nemo

## C O N S U L T A T I O

tam stultus sit, ut si gemmas & aurum habeat his  
fastiditis plumbo ferroue magis delectet. Quam  
male coheret illa uocabula, Cardinalis strategus,  
Episcopus dux, Abbas comes, sacerdos Centurio?  
Perinde quasi statuam ostendas, semigemmeam ac  
semiluteam, aut ceterorum ex hoie & equo mixtu.  
Non suaserim ut cuiquam per vim ac tumultu, qd  
possidet adimatur, sed si dñs hanc mentem impertiret  
Ecclesiæ ministris, ut sponte ditionem mundanam  
abiceret, nihilo peius haberet religio Christiana,  
mea quidem sententia, & ipsis non paulo plus acce-  
deret tum quietis, tum dignitatis. Tantum census  
et quum esset illis relinquiri, quantum ad honestam  
mundiciam atque etiam dignitatem sufficeret. Au-  
toritatem adderet morum integritas ac doctrinæ  
sacræ præminentia. In hoc tatum adessent principi-  
bus, ut si quando per inscitiam, aut iram, ambiti-  
onemque tederent in tyrannidem, salubribus ac pa-  
ternis monitis eos reuocarent in viam. Eos uero qui  
loco proxime ad Christum accedunt, oportebat ab  
his crassioribus functionibz esse purissimos. Apud  
Britannos summa est dignitas ecclesiasticorum ac ce-  
sus opimi. Nec ibi tamen quisquam est episcopus  
aut abbas, qui micam habet prophanæ ditionis, aut  
arces, aut bombardas, aut satellitiū : neque quisquam  
moneta cudit, praeter unum Archiepiscopum Can-  
tuariensem, idque duntaxat honoris gratia: hoc di-  
gnitatis illi promeruit mors divi Thomæ Acren-  
sis. Nunquam tamen bellicis negotijs implicatus, sed  
ecclesiæ curam gerit. At uereor ne haec in alijs op-  
tare liceat magis quam sperare. Nec expedit quicquam  
tentia

## DE BELLO TURCICO

rentare per tumultum. Minus itaq; diffidet popu-  
lus, si uiderit legitimorum monarchiar; concordia-  
bus animis rem geri, si magna pecuniar; pars cō-  
mittatur præcipuis ciuitatibus, ut ubi res urgeat  
tum exhibeantur in usum presentem. Si uitetur  
dñis suspicio, nec hoc prætextu captetur occasio,  
premendi libertatem ac iura ciuitatum, aut regū  
principumue Christianor; si quātum fieri potest  
seruetur immunitas ecclesiast; ne fiat, ut dum fini-  
stris consilijs quietem nobis molimur à Turcis, ci-  
uilibus bellis uniuersam ditionem Christianam  
concutiamus, & dum Turcarum tyrannidem de-  
molimur, in nos ipsos plusq; Turcicam tyrannidē  
accersamus. Quanquam autē sine pecunijs nullum  
omnino bellum geri queat, nedum hoc omniū gra-  
uissimum, tamen ita moderandæ sunt exactiōes,  
ut tenui populo sit unde uiuat. Meminerint prin-  
cipes quantopere multis iam annis bellis, spōali-  
bus, inaugurationibus, peregrinationibus, exacti-  
onibus precarijs & non precarijs, monopolij, mo-  
netæ mutandis æstimationibus, alijsq; titulis com-  
pluribus, sit attenuatus populus, exhausta ciuita-  
tū graria quāta laborei etiamnū re & necessaria tū  
inopia, tū penuria. Quadruplo emendū est si quid  
uelis. Quis autē nescit q; seditiona res sit fames ac si-  
cis! Expertus est hoc olim Moyses. Et hactenus ui-  
dimus totā ferē molem exactiōē redisse ad agri-  
colas ac tenuem plebeculam. Iam quosdam audio  
uociferari, spolientur abbates opulenti, indocti,  
& luxu perdit, spolientur episcopi regias opes  
male prodigentes, spolientur canonici sacerdotes  
onista

## CONSULTATIO

enusti, & interim genio seruientes. Quodces sediti  
osas. Quin eadem opera clamant, spoliatur omnes  
diuites, spolientur magistratus ac preceres? Sunt  
enim & inter hos qui suas opes aut male seruant,  
aut deterius profundunt. Non omnes episcopi ta-  
les sunt, & aliquos episcopos omnino esse oportet  
quemadmodum & magistratus oportet esse. Atq[ue]  
exemplum spoliandi malos, fenestram aperit ad  
spoliandos quoslibet. Aequius est ne probi laetan-  
tur, improbis ignoscere, q[uia] dum dignis afficiuntur  
mali, boni indigna patiatur: ut ne commemorem  
quod saepe fallit populum nimis prona in malam  
partem suspicio, & quoru[m] intolerabilis est impro-  
bitas legitimis rationibus possit corrigi: atq[ue] in to-  
tum pauciores erunt mali, si deligantur boni. Po-  
stremo non magni retulerit, si male profundentie-  
bus eripiant sceleratius profusuri. Vetus est hul-  
cus militarium ac plebeior[um] inuidia aduersus ocium  
& opes sacerdotum, cui si principes subministrerent  
occasione[n], nihil aliud quam oleum camino addi-  
derint. Bellatur, inquiuit, pro religione Christiana.  
par est illos potissimum impendere. Quid ego au-  
dio, principes & populus alieni sunt a religione  
Christianae? An non hoc præcipue nomine principe[s]  
suscipiunt principatum, ut Christianæ religio-  
nis tranquillitatem tueantur? Quod si faciunt qd.  
aliud præstant, q[uia] quod iure iurando professi sunt?  
Ac populus dum arma capit, quid aliud præstat  
quam quod sine nefario scelere non poterat omit-  
tere? Pugnamus, inquiuit, pro ociosis: imo pro uo-  
bis ipsis pugnatis, dum pro coniugibus ab liberis,

dum

## DE B E L L O T V R C I C O.

dum pro aris ac focis, ut aiunt, pro templis ac tem  
plorum ministris bellum geritis. Nec illi sunt oci  
os, habent functionem suam, orant, docent, conso  
lantur, admonent, tractant mysteria, interpellat  
rum pro sceleribus populi, impetrant suis preci  
bus uestris armis uictoriā. Fateamur illos esse oci  
os, si Moses ociosus erat quem pugnantibus ad Exod.ii  
uersus Amalechitas Hebræis, nihil aliud q̄ preca  
batur dominum. Magis præliabatur huius depre  
catio, quam illorum arma. Oculi prospiciunt totū  
corpori, manus laborant totū corpori, stomachus  
concoquit totū corpori, ac sibi seruiunt dum singu  
la membra seruiunt totū corpori. Hæc eò dixerim  
ut si viris ecclesiasticis immunitas omnino serua  
ri non potest, moderata sit exactio: quanquam in  
quum non est, ut qui feuda possident, pro sua por  
tione conferant, & qui participes esse uoluerunt  
honoris, oneris quoq; partem ferant. Ut autem cī  
tra magnum populi grauamen pecuniae suppe  
tātē in bellum, hac ratione fieri potest, si principes  
impendia superuacanea reſecent: id si fecerint, ui  
debunt quātum uectigal accrescat censibus. Quis  
enim digne recenseat, quantum illis pereat in po  
pis, in largitionibus, in conuiuijs, in ambitiosis le  
gationibus, in lusibus & alea? Si sanctum ac piūm  
existimant belligari contra Turcas, quam eleē  
mosynam prestare ualeant deo gratiorem, quam  
si suum uectigal augeant parsimonia, & quod de  
strepitu detraxerint, impendatur pietati? Quod  
de principibus loquor, idē de diuitiis quibuslibet  
sentiendum est. Bis gratum erit deo, si quod pietā

## C O N S U L T A T I O

Si impenditur, uicis detrahitur. Hac ratione fieri  
ut nemo largiendo fiat pauperior, & uirtutis ac-  
cessione fiat opulētior. Minuet & illud populi dis-  
fidētiam, si qđ decretum fuerit maturetur. Hacte-  
nus in colligēdis pecunijs adhibita est celeritas, in  
negocio peragendo mira fuit contatio, ne dicam  
cessatio. Supereft ut paucis respondeamus his qui  
dictitant hoc bellum non pertinere ad religionē  
Christianam, sed de regno Vngariæ tantum de-  
certari inter duos principes, quorū alteri Turca  
eulerit suppetias, sed accersitus: cui nō ob aliud fa-  
uet nisi qđ horret tam potētē uicinum, cuius di-  
ctio uideatur indies accrescere, tum qui fratrem ha-  
beat, cuius potentia Christianis etiam principib⁹  
formidini est. Consultius, inquiunt, fuerat, regnū  
illud cum Ioanne partiri, aut in totum etiā cede-  
re, qđ tam potētē tamqđ sanguinariam gentem in-  
Christianos iritare. Nō enim semper urgendū est  
iūs, sed interdum uidendum quid expediat, inter-  
dum de iure tuo concedere, maximum est lucrum.  
Ne dolo dicam, cessionem ipse suasurus eram, si se-  
rio fuissēm in consilium adhibitus: at non dubito,  
quin singulari tum prudētia, tum pietate prēdicto  
regi Ferdinando, hac in re satis constet sui consilij  
ratio. Nec nostrū est de parum cognitis ferrē sen-  
tentiam. Verum illud expendat isti, num æquum  
existiment, ut post hāc arbitrio Turcaꝝ reges ha-  
beamus aut non habeamus, mox & episcopos ex-  
illorum commodo accepturi. Quid porrò si deus  
uidēs illoꝝ immanitatē ad extremū deuenisse, hāc  
immissit occasionem finiendæ tandem nunquam fa-  
tiat:

## DE BELLO TURCICO.

riatæ illius rapacitatis? Et si nos quiescamus; num arbitramur illum quieturū, qui nunquam cessauit suæ ditionis proferre pomeria? Iam obscurum nō est, quin aliquot principibus suspecta sit tanta Cæsar is potentia, nuper etiam Gallis deuictis aucta, præsettum quum non ignorent, q̄ ne sciat sibi præscribere terminos regnādi dulcedo, sed hunc mecum facile excludet potentia maior optimi Cæsaris lenitas & humanitas. Exaudiuntur interim & aliorum uoces abominandæ, qui iactant esse tole rabilius agere Christianos sub imperio Turcarū, q̄ sub Christianis principibus, ac sub pōtifice Romano. Hoc genus hoīes si modo loquuntur ex ani mo, aut prorsus non intelligūt qd sit uiuere sub Turcarum imperio, aut ipsi gerunt Turcicos animos, ac pœnitent eos Christianæ professionis. Scy the & Ichthyophagi non ferebant iugum Roma næ ditionis, & nos optabimus colla submittere iugo Turcarum? Hic exaggerent quantum uelint quorundā principum severitatē, rapacitatē, ac uiolentiā, quota portio fuerit ad Turcarum immunitatem? Quis eñ est paulo generofioris animi, q̄ non malit in acie oppetere, q̄ sub illis barbaris indignam pati seruitutem? Meliore conditione sunt apud nos Iudai, q̄ apud illos Christiani, quos nō habent pro hominibus, sed pro iumentis. Pueros ac senes trucidant, adolescentes ac puellas laboribus aptas ac libidini, abigunt, abactas diuersim spargunt, & si qd forte coalescentes contraxerint rei, rapit quod collectum est, & ipsos alium alio dispergit. Si quis ausit aduersus illius mutire leges

## CONSULTATIO

leges, ditis supplicijs examinatur. Si quis Christi  
nomen abneget, ita demum fit satrapas. Abiectis  
simi mancipijs capillos in corde gestet oportet, qui  
tam diram tamq; foedam optet seruire scrututē.  
Quid autem dicam de politia? Quæ legum æqui-  
tas apud illos? Quicquid tyranno placuit, lex est.  
Quæ senatus autoritas? Quæ philosophia locum  
illic habet? Quæ Theologorum scholæ. Quæ sa-  
cræ conciones? Quæ religionis synceritas? Sectam  
habent ex Iudaismo, Christianismo, Paganismo  
& Arianorum hæresi commixtam. Agnoscent  
Christum ut unum quempiam ex prophetis. Idē  
faciunt Iudei, sed hominem tantum fuisse prædi-  
cāt, quod detestabilius est Arianorum dogma,  
qui Christum deum esse profitebantur, & magnū  
quidem deum, sed uerum deum ac natura deum  
negabant, quod existimarent nullam creaturam  
esse natura deum. Quid quod pestilentem ac scele-  
rosum hominem Machometem Christo, in cuius  
nomine flectitur om̄e genu cœlestium, terrestriū,  
& infernorum, præferunt? Quis non prius habeat  
in extremis solitudinibus inter lynxes, lupos, leo-  
pardos, ac serpentes uiuere, quam inter tales, ubi  
quotidie sint audiendæ detestabiles in Christum  
blasphemij, ad quas arridere summa sit impietas,  
obtice scere cruciatus morte tristior, contradicere  
certa mors, nec ea simplex? Procul absit ab animis  
Christum diligentium ista cogitatio. Si quos fat-  
alis necessitas in eam coniecit calamitatem, ut fe-  
rendum sit Turcicæ immanitatis iugum, sit hoc  
extremæ tolerantiae, foris seruire barbaris, intus  
Christum

## DE BELLO TVRCICO.

Christum seruare in pectore. Tum demum exemplum Israëlitarum qui Pharaoni in luto & latere seruiebant, clament ad dominum, imitentur beatum Loth, qui in Sodomis agens quotidie discrucifixatur animo, uidens & audiens abominanda cuitatis illius scelerā: imitentur Hebraeos sedentes ac flentes super flumina Babylonis, quod non licet cantare cantica domino in Sion, quod tantum licet psallant domino in cordibus suis. Imitentur Daniēlem, ieunijs ac precibus assiduis solicitantē aures numinis, ut populum suum eximat ē misera do exilio. Rursus sunt qui putant Turcam esse potentiorē, quām ut lacesitus opprimenti possit, etiā si tota ditio Christianorū vires suas & opes in unū conferat, cum hydra nobis rem fore, non septem, sed innumerabilium capitum. Etiam si decem conflictibus fuerit concisus, non deerunt milites per quos bellum instaureret. Adde quod bellare quemadmodum illi bellant facillimum est, exurunt, trucidant, uastant omnia & fugiunt. Exiguus grec deploratus potest ingētes edere clades. At sic bellare Christianorum non est. Hoc ergo bellum inquit, quoniam uno atq; altero prælio confici non potest, si duret annos aliquot, ut feliciter cedar, tamen exhaustas omnes opes Christianorum, absunt fortissimos quosq; duces. Quod si uictoria nobis tot orbitatibus, uiduitatibus, ac luētibus constabit, quid futurum est si uictoria sit ab hostibus? Sed demus inquiunt, omnia & celeriter & feliciter cadere ex animi nostri sentētia, fingamus nostris armis occupatum quicquid usquām Turca possit.

DD

det

## CONSULTATIO

det, quibus præsidij tot regiones tuebimur? Nisi forte quis uniuersas illas nationes internecioe de lendas cœsuerit. Si uictis parcitur, haud dubiæ molientur rebellionem, & si quicquid est illic hominū protriuerimus, an quiescent uicini? Nam habet ille fœderatos aliquot. In singulis igitur regionib⁹ collocabimus præsidia, addemus præfectos donec assuerint nostro imperio? Quibus eas præfecturas delegabimus? Ignauis & improbis? Res in determinius relabetur. Cordatis ac strenuis? Nos ipsos necessarijs ducibus spoliabimus, nostræq; opes eadē demigrabunt. His ita respondēdum arbitror, nec mihi placere bellum aduersus Turcas, nisi huc adiungat ineuitabilis necessitas. Fateorq; uix sperandū esse uictoriā, nisi dominus à nobis steterit, quem si studuerimus habere propiciū, etiam si cœtum congregiamur cum decē milibus, nostra est uictoria. Id uero frustra nobis pollicemur, nisi per uniuersum orbem Christianum præcedat uniuersalis & insignis uitæ correctio. Tot sunt Christiani, qui dira necessitate premuntur iugo Turcarū, & probabile est inter Turcas nō paucos esse quos piger barbaricæ tyrānidis: hi se facile cōmittent fidei nostræ, si uiderint paratum mitius imperium. Nam si seruitus seruitute mutanda est, leuius fertur cui assueūmus. Porrò quod quidam queruntur Christianos aliquot principes intolerabili iugo premerre suos, & indies aliquid addere sarcinę ut iā olim Turcicam tyrānidem moliri uideantur, quemadmodum nō omnino uanum est, ita optarim prorsus absque causa dici. Maiores narrant nobis quis rerum

## DE BELLO TVRCICO.

Verum status fuerit ante annos septuaginta, quem si conferas cum hisce temporibus, incredibiliter dictu, quantum decesserit libertati populi, ciuitatum autoritati, maiestati senatum, ordinis Ecclesiastici reuerentiae, Contra quantum accreverit principum potentiae, quantum exactionibus, in summa quantum additum illi nimium iactato, quod principi placuit lex est. Hæc etiam si non narrant natu grandiores ex annalibus & actis non ita uictus abunde liquet. Non accuso principes, fortassis hoc nostra meruit intractabilitas, ut iugo duriore premeremur. Grauior est querela de proceribus Ecclesiasticis, præcipue de his qui Romani pontificis negotia procurant. Quorum gesta si quis conferat cum his quæ ueterum annalibus & pontificum decretis prodita sunt, immane quantum reperiet discrimen. Quod si dominus dignetur his immittere mentem, honoribus, quæstu, uolupratibus mundanis superiore, patribus se multi libenter submitterent, quos nunc quidam horrent ut tyrannos ac prædones. Quorum animos ut ab hac suspitione reuocemus, expedit ut ecclesiæ primates ab omni specie luxus ambitionis auaritiae, ac tyrannidis semet abducat. Multum increvit numerus cardinalium qua de re uetus iam est hominum querimonia, quibus si summus pontifex ut galerum purpureum mittit, ita possit & mentem Christo dignam immittere, profecto gratulandū esset ecclesiæ. Nā ideo dicti sunt Cardinales, qd sanctimonia mori, qd cruditione sacra, qd zelo Christianæ pietatis

## CONSULTATIO

Præ ceteris fulciant domum dei. Debetur quidem  
egregiæ uirtuti sua dignitas, & ad persuadendum  
momenti non paucum habet autoritas, modo ad sit  
Christianæ synceritas. Quales inter illos esse non  
nullos sperandum est, & fieri potest, ut dominus  
populi uotis permotus tales reddat omnes, sed que  
rebus hoīm his turbulentissimis tēporibus expedit  
mederi. Obmurmurāt in magnō uenalē titulū, quū  
alioqui tot Episcopos, Archiepiscopos & Abbates  
opulentissimos habeat mundus queruntur quic-  
quid habent Card. in ius pōtificis cadere, Triadas  
ac tetradas Episcopōn ac Abbatiarum, sacerdoti-  
orum turbam, alendæ Cardinaliciæ dignitati con-  
cedi: socios esse regum, & aliquanto regibus habē-  
ri uelle superiores, eoq; quosdā ex his regum stre-  
pitum pro uiribus æmulari, ne dicam præire. Nō  
nulli uerētur ne ab his exordijs eo proficiant tan-  
dem, ut si pietatem supererit ambitio, ex socijs regū  
fiant reges, deniq; & regum domini. His si quis re-  
spondeat, quid hoc mali est, si tantum dignitatis  
accedat ecclesiæ, protinus in os nobis recinunt, sa-  
tis oꝝ præclaris satis dominiorum ac satraparum ha-  
bet orbis Christianus, etiam si non conduplicent  
principum ordines: patribus opus est, patres, desi-  
derat Christi grex, patrum ubique magna est pe-  
nuria. Iam qui sunt lingua petulatiore, uitā quoq;  
non uerētur incessere, idq; præter doctrinam scri-  
pturæ diuinæ, quæ uerat in principem populi di-  
cere conuicium. Hic quum in ceteris illis obtu-  
ramus os, alia refellentes, alia in partem meli-  
orem interpretantes, nō proferimus inquiunt ar-  
chatis

## DE BELLO TURCICO.

ehana, non calumniamur ambigua, Quæ mundæ  
nota sunt dissimulari non possunt: Luxum inqui-  
unt ac strepitum ipsi nobis ostentant. Ex his uidi-  
mus schismatum autores, uidimus alios exutos di-  
gnitate, alios opibus mulctatos, complures conie-  
ctos in carcerem, nonnullos actos in exilium, quo-  
dam etiam capitis affectos suppicio. Non deest  
quod huiusmodi maledicentiae respondeatur, sed  
tamen habemus animos multitudinis lôge pro-  
pensiôres & ad conferendam pecuniam, & præsta-  
dam operam, si primates ecclesiæ dignitatem suâ  
contraherent ad Christianam modestiam. Quin  
potius hoc agamus omnes summates pariter &  
infimates ac medioximi, ut quicquid inuisum est  
oculis dei, à nostris auferamus & cordibus & mo-  
ribus. Etenim si apud Esaiam auersatur uictimas  
eorum quorum manus plenæ erât sanguinis, mul-  
to magis auersabitur bella nostra, si uicijs onustio-  
res quam armis rē aggredi amur. Hęc eò spectant,  
ut si irato deo bellum cum Turcis suscipiamus, nî  
hil expectemus nisi lucretuolum exitū, & omnium  
rerum miserandam confusionem: sin quod necesse  
est, uitam nostram corrigimus, ut dei misericor-  
diam nobis cōciliemus, à principibus exordiendū  
est. Nam ut in populo nemo sit malus, uix speran-  
dum est, licet uehementer optandum. Ne refert  
quidem perinde, qualis sit miles gregarius, si mo-  
narchæ ducesq; in bonum cōsentiant. Quod ut do-  
minus efficere dignetur communibus omnium af-  
fid uisprecibus uotisq; flagitandum est. Iam sunt  
nonnulli, qui suspicantur hoc obliquis artibus age-

## C O N S U L T A T I

te principes, ut Turcici belli praetextu, expilatis  
ciuitatibus agricolis & plebe, oppressis legibus,  
extincta rerum publicarum libertate, submota se  
natuum autoritate, protrita ordinis Ecclesiastici  
religione, paucorum libidine res administretur,  
& armis uerius quam honestis rationibus agan-  
tur omnia, quemadmodum fit apud Turcas, Ita ergo  
futurum, ut quemadmodum Octauius, Lepidus et  
Antonius iunctis copijs oppresserunt libertatem  
populi. ita post factos tumultus isto fœdere pro-  
dant ditionem Christianam Pontifex Cæsar &  
Turca. Has impias ac seditiosas suspiciones pro-  
cul reiœciendas ac detestandas censeo. Mihi longe  
meliora pollicetur & Clementis ingenium, & Cæ-  
saris pietas, & Ferdinandi Regis integritas, &  
Christianissimi regis humanitas, & Germanoru[m]  
principum fides. Terret nonnullos uniuersalis mo-  
narchiae uocabulum, quo uidentur spectare qui-  
dam. Ut omnia inquiunt teneatius que Turca pos-  
sideret, si consulas geographorum tabulas, quantu[m]  
lum est hoc præ his quæ supersunt, aut quādo spe-  
randus bellorum finis? Ea res male cessit Alexan-  
dro, nec contigit quod affecctauit: magno constitit  
Romanis, nec his contigit, quod tanto molimine  
ambiebat. Optima quidem est monarchia, si prin-  
ceps detur deo similis, uerum ut sunt hominum  
mores, tutissima sunt moderata imperia, Christia-  
nis fœderibus inter se cōnexa. Alij metunt ne quæ  
nobis ueniunt ē Turcarum regionibus pluris sint  
emenda quam nūc emuntur, Obiœciunt de saccharo  
qd nunc quadruplo pluris emitur idq[ue] corruptius,

## DE BELLO TVRCICO

ac periculū esse putant, ne idem accidat in cæteris omnibus. Sed hoc quoq; non dubito quin Cæsar is æquitati sit curæ futurum. Nec enim par est ut im pendia grauent omnes, cōpendia redeant ad paucos. Hic urgebit aliquis, qd inquiens agis hoc tam prolixo sermone? Dic exerte, cēses bellādū an nō? Si mihi loquutus esset dñs, pronunciarē expedite, nunc quid optem proclive est dicere, quid futurū sit nō item: attamen nec præscius euētus, nec satis cognitas habens negotij circūstantias, monarcharum prudētiæ materiā suppedito uigilantius sup hac re deliberādi. Nec bellum dissuadeo, sed ut feliciter & suscipiatur & geratur ago pro mea quidem uirili. Quum em̄ negocium ordiamur omniū periculosissimum, aut in summum orbis Christiani malum exeat oportet, aut summam adferat felicitatem. Quid, feremus igitur impune quæ Turcarū immanitas in nos & fecit tot seculis, & facit, & facturam minatur? Durum quidem fateor, sed hoc tamen quamvis durum ferre præstat, si ita uisum est domino, quām nobis panoletethriā accerere. Illud in primis erat optabile, si liceat Turcarū ditiones, ita subigere quēadmodū apostoli cūctas mudi nationes subegerūt imperatori Christo: proximū esto uotū, sub armis hoc potissimū agere, ut se uictos esse gaudeant. Ad id præcipuæ conduceat si uiderint Christianismū nō esse uerba, sed in nobis conspexerint animos ac mores Euangelio dignos. Tū si mittant in messem integri præcones; q; nō querāt q; sua sunt, sed quæ Iesu Christi. Postremo si q; nondū possunt allici, sinātur aliquādiu suis

DD iiii muere

## CONSULTATIO

uiuere legibus, donec paulatim nobiscum coalescant. Sic olim imperatores Christiani paulatim aboleuerunt paganisum. Initio pariebantur illos equo cum nostratis iure uiuere, sic ut neutrū alteris facessent negocium. Deinde templis idolatrarum ademerunt sua priuilegia. Postremo uictimas ab illis immolari palam, ueterūt, mox omnem simulachrorum cultum submouerūt. Ita sensim inualesce uostra religione paganismus extinctus est, & Christi Trophæa mūdum uniuersum occuparunt. Hæc ex nostris literis, quibus nō optime cum bello cōuenit, ad te scribere uisum est uir clarissime, quò tuum prouocarem ingenium, ut ex legum oraculis in quibus tu præcipuam laudem obtines, nobis meliora proferas. Quod ut facias te etiam atq; etiam rogo. Rem facies non aliam à Rinckorum cognomine, quorum hæc omnium consensu præcipua laus semper fuit, quod unice studio habuerint habeantq; de repub. quam optime mereri. Dominus Iesus te cum tibi charis simis seruet incolumem amice incomparabilis. Datum apud Friburgum Brisgoizæ, 17. die Martij. Anno à Christo nato 1530.

F I N I S.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS

Eruditissimo uiro Hectori Bæotio Deidonano. S. D.

L Iteras tuas Bæoti ornatiss. datas Aberdonæ VII. Cal. Junias Anne salutis 1527. accep-  
ti. Fri.

## DE BELLO TVRCICO.

ai Friburgi, quæ Ciuitas est Brisgoiae sub ditione regis Ferdinandi, non incelebrem habens academiam: accepi autē circiter Id. Febr. anno à natali Christi 1530. ne forte mecum expostules quod serius respōdcam. Ea res fuit in causa ut has literas tibi per typographos excusas mittere maluerim, quam per amanuensem descriptas. Sic enim arbitror celerius ad te perueturas. Ergo ad tuas paucis accipe. Quam mihi tua consuetudo iucunda fuit Hector eruditissime, quum ante annos 32. Lutetiae in litterarum stadio pariter curreremus, licet te pro ingenij tui singulari felicitate multis passibus præcurrente, tam mihi gratum fuit eam uoluptatem ex tanto interuallo mihi tuis literis refri cari. Ad laudes autem quas tuus candor mihi tribuit affatim, plenaq; quod ait, manu, nihil aliud audies, quam te de Erasmo non minus diserte quam amanter, non dicam mentiri, quod à tuis moribus semper fuit alienissimum, sed multum à uero aber rare. Fauco tamen interim tuis de me præconijs uehementer optans ex meis lucubrationibus aliquid utilitatis, ad disciplinarum ac ueræ pietatis candidatos peruenire. Earum catalognm uti pertis huic subtexam epistolæ. Nec mihi mediocrem attulit uoluptatem, quod intelligo Scotiæ regnū ut alijs pluribus ornamentis, ita liberalium artiū studijs indies magis ac magis exploriri. Hoc nomine semper amavi Iacobum Regem, quod ditione suam nō tam proferre studuerit quam exornare, inter felicissimos manarchas numerandus, si præclaris virtutibus hominis fortuna respondisset.

DD. v. Nec

## I N D E X

Nec dubito quin filius illius ut in paternum regnum successit, ita paternis uestigijs ingrediatur. Quum Iacobi regis filium Alexandrum Archiepiscopum diui Andreæ Senæ instituerem, aderat illi frater uix decimum agens annum, incredibili puer indole, ac iam tum nescio quid eximum de se pollicens. Aueo scire quid illi acciderit, utrum paterni fraternali fati comes fuerit, an adhuc superfit. Pro istius academiz nō ignobilis, in me favore studioq; gratiam habeo plurimam, cuius cōmodis & ornamētis utinam mea opera possit aliquid accedere. Certe quod unum possum, precor ut dominus per te tuiq; similes uiros eam omni generi disciplinarum, ueræq; pietatis dotibus bene fortunet ac locupletet. Datum ex inclyta aca demia Friburgensi Idib. Martijs, Anno à Christo nato M. D. XXX.

## INDEX OMNIVM ER ASMI

Roteroda mi lucubrationum

Ordo librorum qui spectant ad institutionem literarum.

De copia libri duo. Ratio conscribendi epistolas. Ratio studiorum ad Petrum Viterium. De pueris statim ac liberaliter instituendis an. 1519. De recte pronunciādo. Ciceronianus. De Ciui uilibus puerorū moribus. Theodoricæ grāmatices libri duo uersi. Syntaxis. Omnia uersa ex Lūciano, quorū tituli sunt, Saturnalia. Epistolæ saturnales. Cronosolon, id est, leges Saturnaliciz.

De

## I N D E X

De luctu. Icaromenippus. Toxaris. Pseudomantis. Somnium siue gallus. Timon. Abdicatus. Tyrannicida. De mercede conductis in aliis potetum. Dialogi uarij, Cnemonis & Damipi. Zenophantæ & Callidem. Menippi & Tantal. Menippi & Mercurij. Menippi & Amphirochi & Trophonij. Charotis & Menippi. Cratetis ac Diogenis. Nirei ac Thersitæ. Diogenis ac Mausoli. Simyli ac Polystrati. Veneris & Cupidinis. Martis ac Mercurij. Mercurij & Maiæ. Veneris & Cupidinis. Doridis & Galateæ. Diogenis & Alexadri. Menippi & Chironis. Menippi & Cerberi. Hercules Gallicus. Eunuchus. De sacrificijs. Lapithæ. De astrologia. Nolim hic omitti præfationes quæ declarant, quid cuique dicatum sit. Declamatiuncula uersa à Græco Libanio, cū thematijs aliquot uersis. Declamatio contra Tyrannicidā Lucianicæ respondens. Laus medicinæ. Encomium matrimonij 1529. Similiū lib.unus. Colloquiorum lib.unus, sed frequenter auctus: extrema æditio fuit An. 1529. Euripidis Hecuba & Iphigenia uerse. Carmina diuersi generis, præter ea quæ faciunt ad pietatem, nam hæc suæ classi seruabimus. Commentarius in Nucē Ovidij. Proæmia Galeni uersa ad Antoniū medicū.

Ordo Secundus.

Opus Adagiorum sæpe recognitum & auctum nouissime Anno 1528.

Ordo Tertius.

Volumen Epistolarum plus quam tertia parte auctum Anno 1529.

Ordo

## OPERV M ERASMI.

Ordo quartus Moralia continens.

Æ Plutarcho uersa, De discrimine adulatoris & amici, ad regem Angliæ. Quomodo possit utilitas capi ex inimico. De tuenda bona ualestude. Principi maxime philosophandum. Angriores sint animi morbi quam corporis. De cupiditate diuitiarum. Num recte dictum sit ab Epicuro λάθε βιώσας. De inutili uerecundia. Moriæ encomium. Panegyricus gratulans Philippo patri Caroli nūc Cæsar, ex Hispania reduci. Institutio principis Christiani ad Carolū Cæsare. Isocratis de regno ad eundē. Cōsolatio de morte filij. Querimonia pacis. Carmen de senectute ad Copū medicū. Lingua. Cato cū alijs. Officia Ciceronis nō ifeliciter recognita, An. 1528. Op̄a Senecæ oratoris uix credibili studio recognita, An. 1528. Xenophōtis tyrān° uersus, An. 1530.

Ordo quintus pertinentiū ad pietatē. Enchiridion militis Christiani. De contemptu mundi. Methodus uere Theologiz. Paracletis. Exomologesis aucta Anno 1529. Comm̄tarij in Psalmos primum & secundum. De Matrimonio Christiano ad inclytam Angliæ reginā Catharinā. Vidua Christiana, ad Mariā quodā Ungariæ reginā, Caroli Cæsar's sororem. Paraphrasis in Psalmū tertiu. Concio in Psalmū quartū. Concio in Psalmū octuagesimū quintū. Cōcio in Psalmū uigesimū secundū. Paraphrasis in precationem dominicā. Comm̄tarij in duos hymnos Prudentij. Cōcio de Puerō Iesu. Libellus concionalis de misericordia domini ad

## I N D E X

ad Christophorum quondam episcopum Basiliensis.  
Comparatio uirginis & martyris ad uirgines Maccabeiticas Coloniæ. Expostulatio Iesu, carmic. Casa natalitia carmie. Michaëlis Archigeli encomiū, carmic. Virginis matris Pegan. Ad Eandē obsecratio. Precatio ad Iesum seruatorē. Liturgia uirginis Lauretanæ cū concione. Consolatio ad uirgines Claranas in Anglia. De bello Turcico, Anno 1530.

### Ordo Sextus.

Nouum testamentum cū annotationibus quarto recognitis & auctis, Anno 1527. Paraphrasis in nouum Testamentum, Anno 1524.

### Ordo Septimus.

Ex Chrysostimo uertimus, aduersus Iudeos Homilias quinqꝫ. De Lazaro & diuite Homilias quatuor. De uisione Esiae Homilias quinqꝫ. De Philogonio martyre unā. In epistolam ad Philippenses Homilias duas. De orando deum Homilias duas. In Acta apostolor̄ Homilias quatuor. Cōmentariū in totam epistolā ad Galatas. In secundam ad Corinthios Homilias de cē. Ex Athanasio uerti Epistolas de spiritu sanctō duas. Epistolam contra Eusebiū de Niceno Syndodo. Apologeticum aduersus eos qui calūnibātūr, quod in persequitione fugisset. De passione dñi Homiliam unam. De eo quod scriptum est, Euntes in castellum quod contra uos est, &c. De uirginum instituto. De peccato in spiritū sanctum. De spiritu sancto librū illi inscriptū. Ex Origene uertimus fragmentum in Matthæum.

Ex

OPERV M ERASMI.

Ex Basilio principium Esaiæ.

Ordo Octauus cōtinens Apologias.

Ad Iacobum Fabrum Stapulēsem de Eloim. Ad Eduardum Leum libri duo. Ad Iacobum Latomum de linguis liber unus. Aduersus Nicolaum Ecmordanum de loco Pauli, Omnes quidē resurgentemus, &c. Aduersus quorundā clamores, qd ueterā, In principio erat sermo, liber unus. Ad Ioannem Briardū Atensem, quondam Louaniensis Academiæ Cäcellariū, pro Encomio matrimonij liber unus. Ad taxationes Stunicę in nouū Testamentū. Aduersus libellū blasphemiarū eiusdē. Appendix aduersus eiusdē πρόσφατον. Ad Sanctum Caranzam Theologum de tribus locis ab illo notatis. De delectu ciborū, ad Christophorū episcopū Basiliēsem. Ad Martinū Dorpiū Theologū, epistola quę fuit hactenus adiecta Moriae. Sporgia aduersus Ulrichū Huttenu. Liber antibarbarorū unus. Nā secūdus ac tertius perijt quorūdam perfidia. Aduersus Petrum Sutorem Cartusianū liber unus. De libero arbitrio diatribe siue collatio liber unus. Aduersus Martini Lutheri Seruū arbitriū. Hyperaspistę libri duo. Aduersus Naturalē Beddam Theologū Parisiēsem, Elenchus, Diuinationes, & Supputationes. Ad epistolā Alberti Pij Carporū principis liber unus. Aduersus cāJunias monachorū Hispaniensium, Anno 1529. Ad notaciones meas ad Romanos liber unus. Cōtra pseudeuangelicos Epistola una, Anno 1530.

Ordo Nonus.

Totus

## C O N S U L T A T I O

Totus Hieronymus cum Scholijs iterum recognitus, Anno 1526. Cyprianus saepe recognitus, cui in postrema editione accessit liber de duplice martyrio antea non excusus, Anno 1529. Hilarius increbili labore recognitus, Anno 1523. Ireneus exuestissimis codicibus iterū recognitus, Anno. 1528. Ambrosius ex parte per me recognitus, Anno 1527. Huius edidi duos nouos libellos Apologiam David, & interpellationē David, Anno. 1529. Lactanius de opificio dei recognitus cū Scholijs. Omnia opera diuī Augustini non aestimandis sudoribus recognita, Anno 1529. Algerus de Eucharistia recognitus.

## F I N I S.

### Errata

A 5. fa. 2. uers. 6. lege uertatis. B 2. fa. 1. uers. 23. bello  
B 3. fa. 1. uers. 13. Aspera. Oppidulum est inferioris  
Germania. B 5. fa. 1. uers. 26. obscuranda. & uers. 23.  
Christianos.

904712

3096-99

